

POLICE SOURCE AND SPOTTER.

202


L

2

1

/

/



JOANNIS
RAVISII TEXTO=
ris Nuernensis non vulgaris
eruditio[n]is Epistolæ nunc
recens a quopiam accu
ratius castigatæ &
prope innumeris
mendis ab
ster[s]æ.

PARISIIS

1535.

COMMENDATIO
AD LECTOREM TEXTORIS
in bonis litteris alumnus.

Vum certo viderem lector amice non defuturos ociosę garrulitatis & loquacitatis importunae homines, qui Textori viro clarissimo vicio verterent, quod has epistolás emisisset in lucem (Sumus enim natura ad maledicendum proni.) Putauit mea interesse, nec interesse tantum, at oportere: ut hanc refellendę calumniaę prouinciam, et si non æquam viribus, humeris tamen meis imponerem: quanquam ex Phantorini philosophi sententia animo dubitabam, turpis esse frigide & exigue quenquam laudare, aut eum a noxa eximere: quam insectanter & grauius vituperare. Primum omnium velim scias (quod facile puto) tibi persuadebis, non in hoc scriptis has esse epistolás ut ederentur. Tum quod neq; ab authore elaboratas, neq; exquisite, complete, iornatas expertus viderim: etiam, quod non ignoraret vir ille multiscius non eodem scribendū esse stylo crudis & immaturis adhuc ingenijs, quo forcundis & fœlicissimis: sequutus hac in re optimam vivendi ducem Naturam, quæ citra omnem exceptionem, nunquam nisi ex rudibus & adhuc imperfectis ad elimatiōra cōsturgit. Exempla erunt Auticule prius incerto quodam alarum remigio per dumeta, perq; spinas volitantēs, quam eleganti illa & frequenti corporis agitatione, se in altum aera eleuent. Ut enim non est credibile, tenellum adhuc stomachum durissima & amara quæque digerere, cui vel mollicula omnia & plane mellita vomitum prouocant, pariuntque fastidium:

IO. RAVISII TEX.

Ita sane non est verisimile, vt hi maiotibus non fuc-
cumbant oneribus, qui permodico fatiscut: rudes ad
huc & elementarij. Multa præterea repertire est a C. S.
cerohe, Terentio, Virgilio, cæterisq; linguae latine ca-
millis, veri quotidiana efflagitabat lectio in his: sed ex
industria accommodata, vt tanquam imitatrices si-
mique haberent quos insequerentur, a quibus nihil pre-
ter meram eloquentiam haurire possent. Quid (amaz-
bo) consultius, quid maturius, quid denique prudens-
tius, vel a Quintiliano requiras? His verbis non fui-
set opus: sed est hominum genus: qui quum plane
sint inerudit, magisque rudere quam loqui nouerint,
omnibus tamen adlattrant & obganniant; vt eruditio-
rem, quam scriptis notam facere nequeunt, maledi-
centia sibi fabricent & mentiantur. Cæterum lector
beneuole, si quid non satis tersum aut politum occir-
rat, tuq; erit prudentie partim necessitat, partim etiam
iuuenium in scribendo incurie, atque adeo ignorantie,
non auctoris culpe (que nulla est, id totum ascribere).
Bene vale, & tuum ac meum Textorem votivas pres-
tes deo oblatus in memoriam reuoca.

Distichon.

Quid graphijs limave optis est! exporrigé frontem,
Sic tibi cum latuis till pie lector erit.

A. ij

IO. RAVISII TEX.
IOANNIS RAVISII TEXTOR-
tis Niuerensis Epistola Prima.



ABVI IAMPRIDEM
in votis, mutuis te verbis con-
uenire, & paucis admodum,
quæ in rem tuam sunt, ami-
corum precibus hortari. Coe-
nabamus pridie huius diei do-
mi meæ, ego & aliquot pa-
rentum tuorum, qui te a par-
uulo semper sibi demerue-
runt. Intercoenandum quum varijs de rebus yna lo-
queremur, accessit insperatus nescio quis nuncius,
tuus (yt dicebat) familiaris. Protinus (yt liberorum
curiosi sunt parentes) mater tua percunctari coepit:
quo modo esset filio suo, quam prospere valeret,
quantumq; in litteris profecisset. Respondit ille, be-
ne quidem tibi esse, teq; parentum faonitis vbiq; sem-
per acquiesce, præterquam, quod literarum studia
non amauilles. Quod vbi accepit paupertima illa
muliercula, miserum me, quantum indoluit. Verba
mea apud te fidem non caperent, si eiusdem de tua
hac negligentia querimonias tibi apertirem. Indoluit
siquidem vehementius quam yt credi valeat. Te oto
si haec tenus dementaueris, nunc resipicas, & ad litte-
ras animum convertas. Si enim tuę semper negligen-
tiae Epimenidis (quod aiunt) soñnum indormires:
elles ei causa mortis, quæ tibi fuit vitæ. Vale.

Epistola 2.

EPISTOLAE.

3

MICorum tuorum permulti fatis ægre
A tulerunt quod quotidianis pene conuicijs
tui te honoris iampridem monuerint: ne-
que tamen assiduis eorū clamoribus locum relique-
ris. Volebant, & ita sperabant futurum, opera tua que
iamdiu cum blattis ac tineis rixatur, in lucem emit-
ti: quum vt ex ea editione aliquid tibi laudis accede-
ret, tum etiam, vt inde fructum caperet studiosi ado-
lescentes. Quam quæso iacturam faceres si nostris
omnium votis responderes? Existimafne paréribus
esse permolestum repulsam abs te pati, a quo omnia
sibi promittebant? Non sum adeo imprudens terū.
vt non facile videam, nihil non maturum & conco-
ctum curiosis horinū iudicis committi oportere.
Quinetiam summorum quoque scriptorū opera
& labores, criticis lectorum vnguibus & lituris, plaz-
runque vapulat, Nihilominus quum multos annos,
tu (hoc est homo doctissimus.) vigilias tuas ad yng-
uem elimaueris: secure (mea quidem sententia)
potes patere, quod iampridem parturis. Ego enim
te extra omnem lituraram & obeliscorum aleam el-
se dijudico: neque iacturam villam inde futuram vi-
deo, præterquam quod docilern tibi iuuenem de-
mereberis, & amicorum precibus satissimacies. Quis-
bus si non pateas quandiu certe viues, tandiu male
audies. Vale.

Epistola. 3.

P Vdet me nostri huius seculi: quo iam ea
inoleuit consuetudo, vt si quis, vel prole-
tarius, vel semidoctus opus aliquod rudi-
(quod aiunt) Minerua compegerit, magis quam fa-

A iiij

IO. RAVISII TEX.

bre fecerit : dignum statim existimemus quod nihil non vellicantibus hominum iudicis committatur: quodque lecturiant omnes & empturiant. Quasi vero non esset nobis compertum, nihil esse usque adeo eliminatum , quod non interdum lectorum ynguis & graphijs expungatur severissimis . Quorsum vero haec roget aliquis . Hortabar me patricis abhinc diebus, vt ego friuolas quasdam nugas a me tumultuario & interrupto plerunque studio congestas, curarem imprimendas : quinetiam me stultitiae argueat videbaris, q̄ tandem hoc ipsum facere supercedisset. Ne tu ipse multum deliras, qui Horatij nō perspendis consilium monentis, ne præcipitetur, editio, nonnumque prematur in annum . An vero non vias plerosque primæ indicendo celebritatis viros, deletiles Censorum spongias pertulisse? Si ergo has mei laboris primitias euentilarem , quid inde futurum dices : quum nihil dum commendatione dignum scripserm, nihil quod marcetem lectoris stomachum non magis ad sopnum prouocet, quam ad amplius legendum euerbetet? Quicquid habeo, parentibus refero acceptum; magis tamen nitar honori meo consulere: quam incautis eorum iudicis, tamē assentiri, Vale.

Epistola. 4.

Vum præteropter voluptates eo tuū te parentes miserunt, quo solent qui bonas amant disciplinas : da operam quælo ut eam quam de te coepérunt omnes nō fallas opinionem . Dicebam novissimis quas ad te dedi literis, quantum matri tuae doluisset, quod accepissem te pæ-

EPISTOLAE.

4

rum adhuc aut nihil omnino in bonis litteris promovisse. Esse malignæ conditionis, si amicorum (qui tibi honesta & profutura consulunt) precibus, nihil condonares. Tuum est nobis obedire, ut nostrum te hortari. Aliquid ne tibi suademus quod factu non sit vtile? Nos, si necis, tuæ non nostræ utilitatis fatigimus. Negligentiam tuam & inertiam susque deque ferremus, nisi eam sciremus futuram detinēto. Fac ergo quod monemus, & profere tecum agetur. Si enim feceris omnia ex animi lalentia, abunde tibi suppeditabimus. Vale.

Epistola. 5.

Vum certo videoas ad nullius rei summam

Q nisi præcedentibus initij perueniri possemus maxime, quod minores disciplinas (sine quibus tamen non est maioribus locus) adeo spreueris: ut eorum studio tibi omnino interdixeris. An quia procul ab ostentatione positæ sunt, inutiles propterea & infrugiferæ tibi videntur? Vnu venit ut qui minoribus primum elementis exerceri vel recuziant vel erubescunt: in his que sublimiora sunt, infirmum ingenij sui captum præbeant & experiantur. Neque enim credibile est, firmum fore ædificium, quod inualidis minosisque nititur fundamentis: aut eos magno oneri non succubituros, qui permodico fatiscunt. Si saperes, altiora non moliteris sed potius imitareris atuiculas: que nuditis suis nunquam egrediuntur implumes, neque prius aeti corpuscula committunt, quam facto primum periculo lese idoneas ad volatum didiscerint. Vale.

Epistola. 6.

A iiiij

IO. RAVISII TEX.

Mergunt quotidianæ nouæ mihi anxietas
E tes, quæ animum meum supra quam cui
quam credibile sit, varie distorquent. Sed
nihil est quod dolorem meū magis adaugeat, quam
quum turpissimæ tuæ vitæ venit in mentem. Effluxit
iam triennium, ex quo sumptu non modico tui te pa
rentes in scholis nutrierūt: tibiq; omnia ex animi tui
sententia abunde suppeditarunt. Fuere tamen rece
prafidei homines plerique, qui paucis adhinc dieb⁹
mibi narrarunt, te parum adhuc aut nihil omnino, in
bonis litteris promouisse: ita vt tertio quoque voca
bulo barbarismum committas. Egeris vt voles: vi
ue tuis legibus: ego te missum faciam: scueris tamen
rebus tuis pessime consultū iri; nisi vitam in melius
commutaueris.

Distichon.

Tot fortunati sine morbo sint tibi menses:

Tempore quot vemo parturit hybla fauos.

Epistola. 7.

Ihilifacis, (vt audio) amicorum consilia
N qui tue tamen student utilitatⁱ. Neque la
boro, neq; grauate fero: quod verba mea
fusque deque habeas. Doleo tamen, quod his non pa
reas, qui tibi nocere, non minus, quam prodelle va
leant. Pessime (vt video) rebus tuis confuletur, si fo
litæ semper dementiae infriteris: neq; apud amicos
culpam deprecabere: nisi eis acquiescas, quib⁹ & ani
mam debes. Vale, & me serio non ioco loqui existi
mes. Nam nisi feceris quod moneo, periclitaberis pa
rum tibi frugis accidere.
Iterum vale,

EPISTOLAE.

5

Distichon.

Non prius incurras duri contagia morbi,
Quam se se immitti copulet agna lupo.

EPISTOLA. 8.

I existimarem litteras meas aliquid ad flo-
S machum tuum facturas, tibique fore plaus-
sibiles : ego te non minus scribendo satias-
rem, quam tuis ipse clamoribus ad hoc agendum,
me iampridem cōpulisti. Culpam enim deprecari,
aut noxæ me eximere non possem: si repullam a me
patereris: cui te haec tenus totum deuouisti, quemque
tuus semper opibus iuuisti & consilijs. Sed quum vi-
deam eorum nomen periclitari, maxime, qui suas
ineptias viris saltē eruditis tuique similibus, non
tam legendas, quam ridendas exponunt & euenti-
lant: ego infirmitatis meæ deterritus conscientia, nu-
gas meas tanti viri iudicio nō ausim exponere. Nam
si scriberem, risum (certo scio) mouerent tibi mei bar-
barismi, & te ab amore mei fortasse diuerteret. Qua-
re nostræ vellem deprecationi, veniam non dero-
ges, Vale decus literarum.

Distichon.

Sint tibi tot nummi, tot opes, aurique talenta
Poma quot alcioni nobilis hortus alit.

EPISTOLA. 9.

X quo tempore ad bonam frugem te rece-
B piti, cauistique ab eorum conmerito, quos
more pecudum, veneri & voluptatibus non
pudet indulgere: tantam vbiique locorum famam tui
nominis concitasti, vt iam vicatim, cōpitatiq[ue] te
predicent omnes; ac deum pene faciant. Quod si

IO. RAVISII TEX.

eo,quo cœpisti,pede perrexeris,certo scio tantam amicis futuram inde lexitiam,vt ne digitum quidem transfueris a nominis tui commendatione recessuri sint. Pater tuus (nihil comminiscar) tantam ex ea re cœpit voluptatem,vt iam se totum tibi deuouisse reflectisque omnibus alijs quos habet liberis,in tuam vnius iuris utilitatem videatur. Quare prudenter mea quidem intentia feceris:si a scopo virtutis non declines. Vale,& recte monentem sequere.

Epistola. 10.

Redebas(ut opinor)te tuis verbis fore miserabilis:qui nuper irascitis,euomeresque quicquid in buccam veniret. Non sum is,qui fulgura ex vitro reformidem: cuique terro sint futilis & importune,(qualibus tunc temporis strepebas)comminationes.Conuitia tua nullo detrimento afficiunt. Si tamen solita semper loquacitate stomachum mihi moueris, faciam te tuæ stultitiae poenitere:secus enim illatae tibi iniuriae culpam prestarem:quum tamen rebus tuis perinde ac meis, hactenus semper consiluerim. Vale.

Epistola. 11.

Escio quam odiosa mihi semper fuerit superba & impudens hominum arrogans, eorum maxime:qui quoniam ex humili & peregrina conditione ad perpingue conscienterunt adeo protinus insolescunt,primaeque paupertatis oblitiscuntur:vt neminem præ se ducant hominem.Cuiusmodi morbo,quoniā tota laboras certuice:periclitari mihi libuit,possem necne,aliquovelut helleboro, contagiosam hanc cerebri tui expurgare demetiam.

EPISTOLAE.

6

Qui utinam pressius paulo generis tui vilitate exasminares, ac reminisceris: quoties pater tuus hollitas tim domesticatimque stipem emedicauit. Tu pridie quam huc venisses, ne obolum quidē habebas, unde restum emeres. Nudus eras, tanquam ex matre. Si benignior tecum fortuna luserit: & utramque (quod dicitur) mammam dederit lacteādām, debes propterea tantum tibi arrogare, tuoq; indulgere supercilium ut iam pauonis flabellum, & exuuum leonis præ te feras? Si diuītias illas tuæ virtuti magis quam fortuito casui ascribis, tota erras viamnam si fortuna ex hoc minum meritis opes dispensaret & largiretur: muliti certe emendicarent, & inedia consumerentur, qui bonorum habent myrmecias: multi contra (in quos inqueratur eadem fortuna) opulefierent, & dragmæ grandine operirentur. Quare nosce teipsum, & tuorum natalium qui ortu Nili sunt obscuriores, remisiscere. Vale.

Epistola. 12.

ON desisto litteris fere quotidianis aures tuas onerare, teque hortari, vt verbis antiquarijs & inusitatibus tibi interdicas. Nihilominus tamen quotiescunque scribis, tota tua oratio obfoletis adeo scatet vocabulis, yt coniectare plerūque me oporteat, qd sibi velint tua verba. Nescio an inusitatum eiusmodi sermonē, gratū cuiquā existimes: sciueris tamen tantū mihi duplice, quantū litteratis placet Cicero. Pluris multo facere protraitas & pulchritudines dictiones, quā p̄ficas illas: quē nec tibi frugem afferunt, nec eruditis voluptatē. Proinde (si me ames) plauorū sequere, consulente ut verbis utramq;

I.O. RAVISII TEX.

præsentibus , & moribus priscis viuamus. Vale,
Epistola. 13.

Vper mihi quidam retulerunt , eo te im
N pudicitæ confundisse: vt iam non erube
scas, cū ganeonibus, perditissimisq; patris
moniorum decoctoribus conuersari: qui omnia pran
diorum gurgitibus absument, & abliguriunt. Quod
vbi primum accepi , non potui a lachrymis tempe
rare: adeo me tuæ calamitatis miseruit. Quid autem
de patre tuo loquar ? vix certe fidem impetrarem: si
verbis yellem consequi , quantum se distorqueat &
excruciet. Miro, quod te non pudeat tuæ immanis
tatis: qui decrepitum illum morti & capulo vicinum,
& iam in Proserpinæ (quod dicitur) peculio annu
meratum, sic affligas: qui ab amore tui, nunquam ne
latum quidem ynguem recessisse yifus est. Egeris vt
voles , nunquam tamen satyras & virulenta lingua
rum verbera declinabis, tantisper ad bonam frugem
te receperis. Vale.

Epistola. 14.

V I miseriam sibi fabricant, & asciam cruri
Q bus suis illidūt, si forte fortuna in discrimen
aliquid impegerint: nō est quod cuiquam
irascantur, aut in alios quam seiplos, acerbitas suæ
virus euomant. Tu, vbi fati veneri & gulæ indulſi
sti, virtutesque omnes reclamantibus ne quicquam
amicis, a te telegaſti: eo tandem miseræ redactus es:
vt quotsum te vertas, aut quē iplores nescias, Quis
quæſo in culpa ? Nonne certatim omnes hoc ipsum
prædixerimus tibi futuru? Verba nostra contemptui
tibi fuerunt & ludibrio . Nunc si tua ynius causa ina

EPISTOLAE.

7

fortunium feras, patienter patere. Vale.

Epistola 15.

Ncredibilis me tenet admiratio, quod crescentibus annis, nihilo plus sapias, quam quum in puerilibus balbutires cunabulis. Nemo est adeo delitus animi, quem suæ tandem stultitiae non poeniteat, Te vero nec piget nec pudet, rebus tuis etiam pessum euntibus, cunctisque naso te suspendentibus, & postica eludentibus fanna: quod nuces nondum reliqueris. Dic quæso, quonam modo apud parentes super vita rationabere, nisi his ignorantiae tenebris emeras? Fuerat nobis in summa votorum, bene semper de te mereri, tecum nullo non honoris genere prosequi. Videreturne tibi vacantis operæ, si his obedires, qui tuæ satagunt utilitatis. Hactenus quanta maxima potui benevolètia, te monui: Verum nisi blandis huiusmodi verbis animus tuus res mollescat, preces in conuicta mutabo: tuisq; (quod dici solet) te pinguiam coloribus. Vale.

Epistola 16.

Escio quid in patrem deliqueris: tamen nudius quartus, quum epistolā tuam me præsente, legeret: viñus est mili frontem capere. Est enim credibile, aut barbarismū aliquem desperisse, aut aliquod aliud ignorantię tuę fecisse periculum. Da operam, quæso, vt eum in amore tui contineas, eiusq; indignationem exarmes. Quod erit tibi factu facile, si quid in bonis litteris te profecisse viderit. Hæc ego iampridem tacitæ & in aurem tibi dixeram, iterum dico, ne post hac excusationis veriam,

I O. R A V I S I I T E X.

fore tibi confidas. Cbseruare debes quantum hactenus te dilexerit, quum nihil vñquam tibi deesse permisit. Nisi feceris quod moneo, pessime rebus tuis video consultum iri:nam præter ludibrium, quo afficeris amici tui omnes te deserent, quod si fiat, quos modo viues, nullo manum porrigitene? Vale.

Epistola 17.

E O foras, quando rediturus, nescio; quam ciftissime tamen potero, redibo. Commendo tibi rem domesticam. Suffragium meum demereberis: si me absente sine tumulto omnia & cista pulueris iactum se habeant: ita viuas ut nihil in te nota dignum percipiatur liberi mei. Habent enim nam sum, & hec propius obseruant, quæ deteriora sunt. Si cui flagitio succubas, reminiscetur, nec te poterunt reuertri, quem criminis obnoxium cognoverunt. Quod si inculpatam tuam viam percepierint, non solum madatis tuis assurget, sed & aspectum reformidabunt. Vale.

Epistola. 18.

P Verum habeo eleganti forma & ingenio facili: quem (quoniam magnam spem futuræ virtutis pollicetur) studio litterarum desuouere constitui, & tuæ primum committere disciplinæ. Si quid sub te profecerit, faciam ut tui te laboris non paeniteat. Si quid fortalle tibi offerat, nolo ut ailem quidem aut eo plus, in muneribus ab illo suscipias. Laboribus tuis cumulate: & largo scenore satiate faciam: si modo eum tales reddas, qui aliquando sua doctrina atonicos omnes ab iniuria mortalitatis afficerat & obliuionis. Quod faciet, si tantum docendi illius desiderium te teneat, quanto discendi ille trahitur. Vale.

EPISTOLAE.

8

Epistola 19.

Escio quo pacto alienæ semper calamitas

Ntis teneat me commiseratio : quotiescunq; tamen amici mei quid detrimenti capiūt, aut fortunæ flagellis vapulant & confodūt: eorum iactura non minus animum meum euerberat, quam si ipse naufragium facerem, aut meis quoq; rebus pef simè viderem consultum. Propterea quim videam famam tuam indies periclitari: me oportet (vt dolori satifaciam, & animus meus conquiescat) rebus tuis manum dare. Omnes magnopere tristamur, quod perditissimus quibusdam & libidinis compertæ nebulonibus adhæreas, qui neque deum timent, neque homines reverentur. Qui si corruptis suis moribus aliquanto diutius te inebriauerint, iam nullam tui liberandi spem relinques, actum erit de tuo nomine. Sin eorum vinculis propere te eximias, adhuc mox bo tuo mederi poterimus. Et quanvis primi tui mores patri stomachum mouerint, tamen velit, nolit, ab eo veniam extorquebimus, modo morari prima longa desinas, & meam expectationem non destitucas. Per me non stabit, quominus in parentum amorem redeas. Dij faciant ut nostra hæc exhortatio, aliquem tue meti relinquat aculeum. Vale, & verborum meorum reminiscere.

Epistola 20.

Mo te plus quam capiat humanæ mentis

A conjectura Cornelii suauissime : neque est mihi frequentius vorū: quam vt tuae semper voluntati respondeat fortuna, & omnia ex animi sententia consequare : & si scirem opera mea tibi

IO. RAVISII TEX.

esse opus, accommodarem me tuis rebus, vel usque
ad aras. Quum tamen venit in mentem capularis il-
lus & descripsi parentis tui, quem non sine nota &
postica multorum sanna turpissime reliquisti: nequeo
michi temperare quominus ingratitudini tuae irascari:
vel (vt verius dicam) impietati. Quid enim inhumanius
debeat dici, quam si trementem senio, & morbis
affectionem parentem filius grauatim videat, nedum non
adiuuet? quum ratione carentibus brutis, modicisque
animantibus hoc ipsum sit odiosum? Ciconiae geni-
tricum senectam, inuicem educant. Glires genitores
suos fessos senecta, alunt insigni pietate. Quid autem
haec testimonia exemplis praepono domesticis, ac
vernaculis? Canes ipsi alumnos sua morte tutantur
sæpen numero: a quibus tamen nihil preter vilissimam
stipem, (utpote modica panis, idq; ordeacei, fragmen-
ta) suscipiunt. Neque moueris, tuam ipsius naturam
videri brutis deteriore? Quis hoc non execretur?
Quis temperet inuestiuis? Pater tuus assidue laguet.
Nulla non hora laborat morbo, & capris ipsis (quod
aiunt) est febriculostor: neq; tamen morienti dextram
porrigis. Di immortales, vt iam exulat probitas, vt
peccatum iere boni mores, quum iam natos nihil paten-
tium misereat. Dic bona fide, si nunc epulari laute, si
abunde rerum omnium tibi suppetit, id ipsum cui ac-
ceptum referri conuenit, nisi patri, cui vitam ipsam
debes etiamnum? Meditatisne impudentissime quid
de te yicatim prædictetur, aut quanto tibi criminis vet-
tatut? quum nitida & bene curata cute, ac probe sagis-
tato corpore incedis ampullosus patre tuo iam se-
mimortuo? Mortuā murenā sieuit Hortensis orator

multos dies attatus. Tu patriis morietis non miserebare. O mala tempora. O perditam ætatem. Velim, si olim, taceā oportet. Plura enim dicere, non permittit animi ægritudo. Superest tantum, ut resipiscas, aut non ægre feras, si ab amore tui recessero. Vale.

Epistola 21.

Viam bene decipiuntur, qui domus vestræ
 ruinam sperant propediem tua virtute re-
 stauratum ir', quum tu (cuius intereat affi-
 dō) o' bore uctum v' rati, & domesticatum retum
 si' gere) non sol im mhi acquiras: sed & am parta
 dei res, ludisque & conuiuijs omnia absorbeas, quæ
 pertinaci, & improbo sudore, parentes tui collegerut.
 Hæccine est illa tui expectatio? Sic amicorum opis
 n'ori respondes? Nescis (me miserum) nescis, quam
 grauem tibi tuisq; facias plagam! Ignorare quandiu
 voles 'orrectusq; (quod aiunt) pedibus, & in utramq;
 u'is auem quiescas: timeo tamen, ne vbi diuturna q'
 stylitiae tuæ sopnum indormiueris, ad resipiscen-
 dum sero consurgas, & expergiscare. Demum, si calu-
 ali p' o' infortunium feras, & nouercam u' i Nemez
 si' n' experiaré quis cachinnis temperabit: quis te naz-
 io non suspendet? Quis de te ociosa garrulitate non
 f' i' u' i' co' a mea n' lui' i' enti tuæ acus-
 le , ne i' anen cause s' a e t' t latus
 nunq' im monitum fuisse neu iacturam tuam cuius
 quam im properes, & impingas, doce e v' , per me
 non stetisse, quo' n'ius bene & prudenter vixeris. Vaz-
 le & desertam omni ornatu ac v'ethorau' iacticia epi-
 stolam boni consulas.

Epistola 22

IO. RAVISII TEX.

Irum non debet videri, si nostræ ætatis liberi ab omni morū honestate recesserint,
et velut impudentes ac inuercundi ganeones vnicuique iam virtuti dixerint extremum valere;
neq; enim fieri potest, quin quam a nobis infantuli &
ab ipsis quidem serperastris corruptelam & impudicitatem imbiberunt, adulti quoque tenaciter
neant. Nos authore Fabio (qui et aliis de rebus) infantiam delicijs soluimus. Gaudemus, in die
pe & impudicum dixerint. eiba ne ab omnibus
quidem porcarij aut mulionibus permittenda, nisi
& osculo excipimus, aut etiam (quod turpius est multo)
alijs dicenda in aurem susurramus. Quid huic
innocenti cōtagio ubi adoluerint, flagitijs non experientur
qui priusquam hincere, aut recte proloqui possint,
turpissimis, & impurgabilibus maculis iam se totos,
& aurum tenus immerserunt, voluptatumque delicias
concitauerunt, priusquam qui effectu voluptas agnoscerent. Deinde, quam illis mercedem rependet, a
quibus licenter adeo & molliter sunt enutriti? Eos,
vt suæ turpitudinis authores arguent, & insimulabunt,
nedum eis non afflurent, & rudenter quocirca
fecerit, cui aliena iactura melioris consilij suggestet ar-
guimentum.

EPISTOLA 21.

Voniam ego mulier et entibus nuper docere
Quidam, cui quantum puer sed et mentum afferat
mollis illa educatio, quoniam indiget am-
bitus, et flagitaisti, ut aliquanto vberius tibi aperi emi:
quibus partem stutitis & moribus liberos tuos forma-
re debet. Ceteris (quauis egredie a studia mea quis

buscunq; negotijs interpellari) facere tamen non res
cusabo: ne nihil omnino amicitiae nostrae videar con-
donasse. Imprimis, quod ad mores spectat, caue ne
corruptis iuuenibus achtereat, qui pernoctant in alea,
dies integros compotant & lasciuunt. Nam si huius-
modi maculas ab infantia contraherent, nihil esset de
futura probitate sperandum. Compara tibi precepto-
rem sanctissimum, cuius sanctitas teneriores ab iniu-
ria tueatur: prouectiores a licentia deterreat gratuitas.
Neque enim si me audis, eorum doctrinę magis quam
mortibus cōsulas: absit enim, studijs magis quam vir-
tuti scholas prodesse. Secus enim bene viuendi ratio
potius esset eligenda, quam vel optime dicendi. La-
boribus paulatim sunt assuefaciēndi, non tamen pon-
dere cui superesse nequeant, opprimendi. Si delin-
quant, si mendacijs conuincantur, si iugum detrectent,
si vel tantillum quidem remurmutent aut muginen-
tur, acerime vapulent: neque prius parcatur flagellis,
aut animaduersioni temperetur, quam & arrogantia
cognoscatur emollita, & trāquilliores oleo, aut pepo-
ne molliores facti sint. Quod si verborum lenocinijs
iram preceptorum velint exarmare, adulabilis eorum
sermo omnino dandus est ventis. Ante omnia, cauen-
dum puto maxime, ne in eorum delictis conniveant,
neu confuso dissimulentur errata, ybi palam sceleris
comperi fuerint. Si bene fecerint, laus eorum quan-
doque non est suppressienda: vt eo velut gloriole fu-
mo perfecti, acrius solito virtuti dent operam. Impor-
tuna redeuntis ad te nuncij festinatio, plura scribere
non permisi.

Epistola 24.

B ij

IO. RAVISII TEX.

I essem ex eorum numero, qui criminatos
S rias amicorum epistolas cum bile & stoma-
cho excipiūt, non pateret iandiu tuis meis
teris obiurgari: aut enim desidiam meam culpas, aut
arrogantiam criminaris, aut in voluptates reclamas.
Sed quum non ignorem te hoc aliquersum facere,
quam ut nominis meo maculam inuras: quicquid scri-
bis, boni consulo, tantum abest ut aures tuis consilijs
velim occludere. Sit vita mea morib⁹ nō vsque quaç
probatis, adhuc tamen dabitur mihi laudi, si probe
monenti asurrexero. De his haec tenus. Porro si qua
ex tuis illis monumentis ad incudem iam satis reuo-
cata maturuerint, fac in lucem prodeant, & euentilen-
tur: quum ut nos pleniore obsequio tibi demereatis,
cum etiam ut te ipsum ab omni incommmodo morta-
litatis & oblitioris afferas. Vale.

Epistola 25.

E scio certe si existimes te opere preciū fa-
N cere, aut multum haurire lucri: dum feuere
adeo, & stoico velut superciliosam vitam meā
criminatis: at ut in intelligas te nec hilum proficere,
ego verba tua nihil penitus duco. Nam cum tetrici
nimium censores mihi displiceant hi omnium maxime,
qui se erratis alienis ingerunt Aristarchos, & alijs
predicant bene vivendum, quum ipsis turpissime vi-
uant. Si audiueris me, vel minimum peccasse: exclam-
mas protinus, & nasum non aliter suspendis, quam si,
vel patricidij, vel stupri me compertum haberet.
Quasi vero mores tui intus & in cute ynicuique non
ercent exp̄ orati. Tu bonam ætatis tuæ partem contri-
uisti ludo, yniuersum fete patrimonium latrunculis

EPISTOLAE.

11

& alea prodegisti : nihilominus tamen, simulata, & quadam vulpina sanctitate alienis illatras delictis. Dices non mea interesse: quid agas obieruare. Certe non video, cur pluris tua referat mores meos obiurgare: quam me sceleribus tuis irasci. Propterea, vel alienam vitam culpare desinas; aut ipse ducas inculpatam. Secus tuæ censuræ, nec vnius assis æstimabantur. Vale.

Epistola. 26.

Ieri nequirit, vt missum te faciam, nisi prius F culpandi tui argumentum mihi auferas. Si dixeris te culpa carere, ac nihil commeruisse, dicto citius & sub manum mendacij te conuincam. Nuper quum vna coenaremus suaseram tibi, vt reliatis quibusdam nugis, græcas amplectenteris literas: quod ab his fluxerint latīnæ, & ad imponendum bonis studijs Colophonem, plurimū conducāt: & adeo quidem, vt sine his perfectus dici debeat nemo. Fizdem dederas, facturum te: quod dixeram. Neq; omnino quidem stetisti promulgis: nam primis elemētis dedisti biduum; verum mutata post paulo sententia, alio negotiij animum cōvertisti: sola (vt credibile est) levitate ductus & inconstantia: quaer te Proteo mutabiliorum arguit facile. Si dicas terrori tibi fuisse eius rei difficultatem: Non diffitebor amaras esse studiozum radices: verum hoc molestiae dulcissimorū inde fructuum comes, penitatis utilitas. Propterea si quid loci apud te habent nostræ exhortationes, eo reuertere vnde imprudenter desiluisti, neque primo labore terrearis: nam quas in portu credis tenebras, tibi postea sole clarius eluiscerēt. si annum integrū sub hoc iugo

B iiij

IO. RAVISII TEX.

durare nō graueris, nullus postea desiderabis operā.
Solus poteris sine cortice natare. Vale.

Epistola. 27.

BI pater tuus sumptu domesticæ carybdis
V rem omnem vñq; ad asem & puluisculum
prodegit: ne hostiatim liberos stipē oportet
ret emēdicare, coactus est omnes mechanicis atibus
collegare, præter te vñtum, quē meo vnius beneficio
academijs deuouit, ea expectatione, vt proficetes, &
vestræ omnīū consuleres paupertati. Cœcutis plurimū,
si nō vñdeas tecū melius q̄ cū ceteris actū esse.
Fratrum tuorū, alius est alutarius, alius lapicida, alius
inititor, alius figulus, alius phrigio, alius fullo, ali⁹ pe
galari⁹. Omnes quotquot sunt, in paupertate noctur
rio diurnoq; labore, dimicāt. Nulli omnium melius,
quam tibi cōsultū, modo fortunam sequatis ducē, &
occasionem nunc capillatā effugere, & caluā fieri nō
permittas. Si vis euadere in virū magnæ & recōditæ
litterature, prius oportet, vt ab ipso statim principio,
te totum labori deuoueas. Ante omnia, solida iacias
fundamenta: ne corruat quicquid superextruxeris.
Nullam de te milii frugē polliceor, si remissus primū
videreris, & in ipsis (quod aiunt) portu, impingeres.
Quum te studiorū tenebit satietas, non offendet me
aliquātula sudoris remissio: parce tamen hæc tibi in-
dulgeas: nam qui diu nimis ab instituto opere defue-
cunt & feriantur, ocij consuetudinē plerunq; induūt.
Constitui de te mereri quam optime, nec sententiam
mutabo, aut calculū reducam, modo spem meā non
fefelleris. Dura patere, futurum est enim, vt te laboris
tuī non peniteat, quum satis olei consumpleris.

EPISTOLAE.

12

Epistola. 28.

Vlgo dicitur, eos non facile emergere, quorum virtus paupertate caligat: quod adeo verum est, vt paucis admodum pauperibus liceat opulescere: nisi, vel vtrāq; fortunae manum fuxerint, aut prodigiosum aliquid sua commiscantur industria. Cui infortunio supremum illud accedit malum, quod vbique fere gētium miseris illudant foeciles, & scarabeos contemnunt aquilæ. Neque tamen propterea melior tibi conditio desponsanda est: nam quanuis hoc sæculo sufficiens virtuti merces non exoluatur, neque tamen vsque adeo exuauerunt litteræ, quin quandoque principibus placeant & familiarescant litterati, pinguoremque fortunam sibi ipsi faciant. Quod si nihil melius tuis vñquam votis acceperit, adhuc, futurum est, vt te studiorum tuorum non poeniteat, hoc saltem lucriferis: q; scientia, & multarum rerum cognitione a brutis differes.

Epistola. 29.

Vnquam fere ad me scribis quin opinione N meam roges, quid de stylo tuo mihi videatur. Sed lane quid respondeam nihil dum certum habeo: quod certum & sui similem scribendi modum non habeas. Nunc enim impendio te delestat laconismus, nunc varia verborū supellestile orationem locupletas. Nihil tamen (vt vere dicā) adhuc reperi, quod abhorreat a caitimonia lingue Romanae: neque est vñlus qui sermonis tui puritatem non deoscularetur, nisi quibusdam molestū & graue elelet auditu, quod pleraq; triduo tibi singas elaborata, in

B iiiij

I O. R A V S I I T E X.

quibus tamen temporis multum & operē collocasti.
Hac ostentatione si careres, nihil daretur tibi probro
at dum ingenij gratiam studes demereri: ociolam le-
ctorum in te garrulitatem excitas suscitatq; & facis
ut immodicis rugis obstrepat arrogatiæ tuæ. Quas
re vide ne dum tibi places, multis displiceas.

Epistola. 30.

Actenus aures tuas verbis onerare nō des-
titui, vt & torpere desineras, & tandem ali-
quando ad virtutes exergiscereris. Quod
te facturum deieraueras, si vetus tibi condonaretur
culpa. Condonata est, & puerilem stultitiam omnes
connivente oculo dissimulauimus: neq; tamen expe-
rimur te factum aliquanto meliorem. Si tui sceleris
te non pudeat, periculum est, ne ea mali suboriantur
consuetudo, cui quum velis mederi nequeas. Interru-
pi interim negotia mea, vt honori tuo consulerem:
nec me quidē pīgebit hoc fecisse, modo resipiscas tā-
dem, ac demētire desinas. Sin pergas semper facere,
vt coepisti: finē faciam exhortationibus. Liberum tibi
relinquetur, utram sequatis viā, voluptatisne, an vir-
tutis. Demum si casu aliquo infortuniū feras, aliorū
esto iudicium, quis fuerit in culpa. Vale.

Epistola. 31.

Vum ea fere sit omnium natura, vt suarum
Q potius rerum, quam alienarū fatigāt: adeo
tamen utilitas tua semper mihi fuit curæ:
vt vix effluxerit momētum, quo me cooperit tui obli-
vio. Quare non ægre feras, aut ab amore tui me re-
cessisse arbitris, si interim ytijs tuis itascar. Reclas-
matui fateor, quod illiteratis quibusdam fabulis tēpus

contereres. Sed hoc ipsum feci, ut aliud studiū completereris, vnde plus frugis aliquanto referres. Et si non putarem tibi probatum ita, quae dico, sane mis̄sum te facerem. Hoc unum tibi persuades, me tuī semper studiosum fuisse: & qui ardēti⁹ amet, esse nem̄inē sed quum video famā tuam apud verbosas hominū linguas periclitari, tacere nequeo, neq; (si vellem) permitteret tuę laudis desideriū, quo dispereā, si quid vñq; ardenter cupuerim. Vale.

Epistola. 32.

Vattuor abhinc annos frequentibus litteris

Q te salutauimus: neque tamen certiores sumus facti rerum tuarum. Quid sit in causa conjectare non possumus. Credibile non est tantis te negotijs dilectum fuisse, vt tanto tempore nullū omnino scribe, id oculum potueris tibi suffurari, aut ergo nostri te cœpit obliuio, aut negligentiæ culpa nō casres. Quampridē enim te monuimus, vt non solū scriberes: sed ad nos ipse reuetereris, & matrē capulo vicinā reuiseres? Si venires, amici omnes (quos lōga tui fatigat expectatio) animi curas discuterēt, incoluntati tuę gratularent, obuijs te manibus exciperent. & longa salutarēt præfatione. Meditare quāto spectādi tui desiderio atdeāt omnes. Nulla nō hora de te lozquimur, & vitā nobis acerbā putamus: q; tandiu consuetudinis tuae fructū careamus. Propterea (si nos amas) fac nobis aliquātula vidēdi tui copiā. Vale.

Epistola. 33.

L Audabilis mihi videtur Gymnosophistas
rum consuetudo, apud quos, pueris qui nihil quotidianæ frugis afferunt, cibus dene-

I O. R A V I S II T E X.

gatur. Nec minus probada est Amasis regis AEgypti sanctio: qui edicto iussit, ut singuli quotannis apud cuiusque praefecturez presidem ratiocinaretur, vnde viueret: etiique mors inferretur, qui non faceret. Quod utinam nostro quoque saeculo obseruaretur. Non tot passim nequam & nihil reperiuntur nebulones, quae ubique fere gentium reperiuntur, quibus nullum est aliud negocium, quam ut prona & obedientia ventri pecora, toto die crapulari, aut alienae insidiari vitæ. Quorum perditos mores quotiescumque memoria repeato, videre video desolata & multis madente lachrymis iustitiam: quæ & principum negligentiae irascatur, & senatum iam sepultum sopno, aut conuentu arguat. Et nisi obuiam ab omnibus propere eatur, resistaturque pullulantibus abunde flagitiis, intantum se propagabit iniquitas, ut nullus sit futurus virtuti locutus. Actum erit de bonis moribus, exulabit probitas, & improbitati ius relinquetur sedendi in Orchestra. Proinde Cornelii, si me amas, (ut amas) caue, ne eorum numero ascribaris, qui naturam sui partus poenitere faciunt, & antiquissimum illud chaos confusis adhuc elementis appetere. Da operam, ut quum parentes tui perrogabant quid proficeris, dignus reperiare qui viuas & quem ament. Hoc si feceris, neque te pigebit fecisse, neque illos bene de te meruisse. Vale.

Epistola. 34.

Atura fere comparatum est, ut quo quisque
maiore doctrina, hoc & superbiat magis,
& supercilium severius contrahat. Nec sa-
m. Nam & voluctibus quo plures sunt plus
minus, & ieiunius in auras esteruntur. Et pauones

hoc sese miratur magis, quo latius flabellum profertur. Sed est hominū genus, qui quum sint elemētrij, & bonas litteras ne a limine quidem salutarint, se tamen omnium primos (si dijs placet) haberi volūt. Feruntq; ægrie, quod non astimentur pluris, & quod quaquauerū transierint, transeuntibus non allurātur, Cuiusmodi erat nescio quis magistellus & grāmatista, qui audiente nuper idiotarū & veterarū turba, multis fabulis strepebat immodece; ut importunis illis cōmentationib⁹ populo esset admirationi, & magnam doctrinę opinionem sibi mereretur. Huc ergo quum eius videnti causa certatim omnes cōuolarēt, coipi protinus percontari quid illud esset. Eodē omnes ore responderunt, alterum, & mundo redditum Ciceronem. Tunc ego cum reliquis acceisi, ut percōtaret verum esset, nec ne, quod de nebulone sibi persuaserat vulgus. Sed dij boni, q̄ nūlī inueni quā accessi proxime. Vix orationem proferebat, in qua non tot essent barbarismi, quot dictiones. Quum ego nugis illis aliquandiu fatigatus pertreduisse: temperate mihi non potui, quin eum sua sede disturbarem: quod quum fecissim, parū abfuit, quin delusa nugis plebecula in me laxis irrueret; tot iam ille sumos vēdiderat turbæ, tot beneficijs vnitius sum excantauerat theatrum. Quod quotiescumq; memoria repeto, non possum nostrō século non irasci. Cui nō sit aliud indoctorum litteris discriben.

Epistola. 35.

P Lærumque mihi doluit, quod conueniendi tui nulla sese offerret oportunitas. Eram enim nescio quæ tibi dicturus in tem tuam

IO. RAVISII TEX.

magnopere spectantia. Paucis abhinc diebus, pater
audiuit te voluptatibus irretium yisque adeo, & illa-
queatum, vt iam virtutes omnes aspernatus fueris,
ac aestimaueris nihil.

Vale.

Epistola. 36.

ST genus hominum, quorum utilitati dum
E contulitur, se praebere grauantur dociles, ita
vt videantur habere minus cerebri quam ci-
mex sanguinis. Nihil tibi blandiar, nec oleum (quod di-
citur) in auriculā tibi instillabo, sed mihi videris vn⁹
qui nec scelerata sua vellicari, nec viscera sibi tangi vo-
lūt. Nouissime quū me cōsuleres, ad quē vitæ scopū,
arcum intēderes; vetuerā tibi. ne infectareris aulicos
istos palpones, qui pellace vulpe benigniores, & in
hostio tantū formosi, aureos montes pollicentur, & a
tertio yisque iugere manus porrigunt, his tamē s̄a-
pere numero fucum faciunt, a quibus amplissima suscep-
tunt munera. Nescio qua diluēdi tui sceleris fiducia
consilium meum nauciferis: hoc ipsum tamē, est tibi
maximo malo futurum. Nescis quam alterum sit
inculpate vivere, ybi probitas & virt⁹ exulat. In aula
qui arabice olent, & in cure sunt purpurati, intus yl-
ceribus & lepra scatent. Postremo videturne a virtute
alienum in multam nocte pergræcati, in alea per-
noctare, ære alieno obrui, nihil non inhonestum au-
dire. Etne multa, nihil est non probrogsum. Oportet
imprimis ab alterius iusu pendere. Religiose & ad
anxietatem usque obseruandum est, nō tantum quid
verbis iubeat dominus, aut imperet: sed quid nutu
significet, aut digito crepet. Aliena vivendum qua-
dra. Bullaris nugis aures sunt præbendæ, ynicuique

virtuti mittendum repudium . Nihil dicendum est,
quod aures tyranni grauet. Si caleat, æstuandum est,
Si frigeat, tremendum: & plerunque quum diurnam
seruitutem seruitueris , si in ipsis iram impingas ob
tem nihil, ob floccos, ob vicioram nucem te relegas
bit perinde ac vilissimum Canopi vernam: nec primoz
rum laborum stipendium extorquere poteris. Impri
dem te huius rei monueram, tamen verba mea nihil
li fecisti. Si tui infortunij fueris author, æquanimiter
feras. AEquum est enim, ut faber quas fecit compre
des, ipse gestet. Vale.

Epistola 37.

Oris est mihi ybicunge locorum vixerim,

M eorum semper reminisci, quorum benefi
cio bona litteræ iniuria temporum prius
sepulta, reuiuscunt paulatim, & repullulant. Nec fas
ne mirum, nam mea quidem sententia non minoris,
(minoris autem, immo vero longe pluris) æstimare
di sunt, qui linguam latinam a morte vindicant, & pri
stine restituunt dignitati, quam qui ciuitatibus ampliis
simis iugum seruitutis excutiunt, redditâ libertate.
Sed est hominum genus, qui quam rudere magis
quam loqui nouerint, probis eruditorum votis & co
natibus remittantur: timentque ne optimè se propagent
discipline. In quos si reclamet aliquis, deus bone, quibus
verborum tonitribus fulminabit, quot plaustra
coniucijs omusta reuocent! Non tantum non assur
gent authoribus renacentis eloquentias, sed facta ve
lut coniuratione in eos certatim, confertim que' dimi
cabunt, neque prius concutere parietes theatrorum,
verbis yobtundere desinent, quam sui similes ad la-

IO. RAVISII TEX.

trandum in laudabiles illos linguae latinæ candidatos & rediuiuos eloquentiae camillos excitauerint. Diceres esse Gotthorum, Vandalorumq; reliquias, quæ in Romanam rem publicam arma parare, resarcire coepias, suisq; barbarismis togatum sermonem corrumpere velint. Quare autem velint non video. nisi quod forte verentur, ut ne qui suis nugis idiotas prius eluserunt, & agrestibus imposuerunt ingenij: redeunte Mineruæ principatu ridiculi fiant, & ipsis etiam contemptibiles, quibus prius fuerant admirationi. Sed longe sua spe falluntur: Nam si suicitandæ semper eloquentiae animum adiecerint eruditæ, tantumq; operæ quantum iam coeperunt barbaris huiusmodi restudendis collocauerunt: non est mihi dubium, quin pudore deterriti hoc genus Gotthi, causa sua caluti, ac arena cœluri sint, & ad extremū fœle in pedes datum. Quod si suis ineptijs contenti viuerent, neq; ceteros hominū eodem cuperent sordere luto, essent quidem ridendi, non tamen tanto odio habendi. Verum (quod omnium multum turpissem) quum nullo nō verbo sollicitissent; Indignanter ferunt non omnes easdem infantia, iisdemque barbarismis infuenari & ineptire. Et (quod magis rideas) sacras litteras eo esse facto arbitrantur, ut cum his stare nequeat regina regnum eloquentia, quasi Hierony. Ambro. Laetan. Athana. & alijs plus sexcenti, barbare semper sint locuti, aut eloquentia cum theologia non ita coniuxerint, ut nescias vtri duarū magis debeas. Qui escite, quiescite philo phastri, nostrę omnium aures vestris iam delirijs calēt. Magno vobis malo futurum est, nisl a suscepto in literatas litteras bello pede retuletis: nam ut numero:

fas Xerxis copias paucis iure grecorū turmę pepulērūt: ita & pauculę eruditōrū centurię infinitas veſt̄ æ gentis Vandalicæ myriades nullo negotio & victoria expugnabūt intruēta. Rīdiculū est quod publico exēclamatis theatro, tenacsci h̄ereses, antichristos surgere, fidem catholicam ruinam minari. Qui (malum) reliḡ om̄is hostes reuiuscūt̄ hi ne qui ex grecis ad verbū docent̄ l̄ tina! Quieta erat fides, quis eam cōmouit? Vos plebeculā in re nihil cōcitat̄, vt eruditis terroſtiſit̄, monſtra configit̄, quæ nec fuerūt haſterus nec poſthac ſunt futura, neq; eſt quisquā cui a Satyris veſtris ſecuro eſſe liceat, quiq; loquacitatis veſtre reſta posuit declinare, quum audiente vetularū turba feriūocinari: ceu vero ad ferendū ocȳmū ſit̄ nati, & māior quedam maledicendi libertas veſbis, quam ceteris mortaliū ſit concessa. Quod ſi quisquā reluctant̄ ſataſgat, aut eadē tragula vos referire, tantisper illatrabitis, dum rudi vulgo perſuaseritis eum, vel ceruicē matris rupiſſe, vel in patrios minxiſſe cineres. Et (quod peius odi) neminē putatis dignū, qui veſtra veſtrigia (ſi dijs placet) lambat & osculētur: quāl̄ vero legitimi ſit̄ naturæ filij, nos ſpurij tantum: aut ſit aliiquid in vobis doctriñæ, quod nemo quisquā ſperare audeat. Si eloquentiā creditis viliorem, quam cui vacari debeat, reſpondebo vos ſimiles eſſe prociſ Penelopes, qui quā dominam aſlequi non poſſent, ad ancillas diuertebāt. Vos quoque infirmitatis veſtræ conſcientia deterrit̄ (quoniā ad eloquentiam, vt ad ſolem noctuae caligatis) ad queſtiones quas Fabius Ceratinas vocat, crocodilinosque diuertitis ſyllogiſmos. Quos tam etiā veſtrum plēriq; inutiles fateantur, neminem tan-

IO RAVISII TEX.

mer haberetū in precio putabitis, qui futiles hoc genus nugis retuleris, Nunc (ne multis agam) si sapit, veteris insolentie cristas retrahit. Secus non dererunt qui tanti fastus pertā si, acutas sibi sagittas esse, suis vt in eis sanguinē sequi, se domi yrbinam habere (vt vos macharam) doceant, testenturq; non esse defendendam glorie, eperto iam tu itico.

Epistola 38.

Go quan*r*ta n*on* tuar*ū* stud osus, tuq*ū* lon

F*at* ge ac r*es*itutus temper fue m, nec verum obsequios*ū* locutus officiū ta in te pretermiserim, sperau*ū*, ipso vero intrepide mihi fepere numero pollic*ū* tu s*er*uit*ū* & tu ipso perpetuo fore memo rem ac si quod noverat & rtunae Foras mihi insultaret, eum te fo*re* q*ui* in ir*accep*ti beneficij hostiumentū pretr*ū* adi*ū* & r*ev*er*ā* mihi porrigeres. Sed di*ū* boni q*ui* loge mea tu sefelli*ū* opinio, dum te mei memorē expect*ū* q*ui* i*n* tu dememeris, dum inquāte r*es* bus n*on* s*ed* v*er*ū s*er*erat*ū*; qui tuar*ū* pleriq*ū* mi*rat*ibus, immo vero illud*ē*tibus, nunquā fatagas, quin omnia(que i*multo* par*ū* iudore tibi parta sunt) aut de costumas & v*er*ū flagitiis hominum corruptissimorū gregib*ū* vt iue sum patrimoniu*ū* stultis*ū* me profundas, & (quod i*uge* deteritus & ab h*u*ris i*rr*atae magis alienū videtur) patris defuncti oblitus care*cui* viuentis labor tibi omnia peperit; qui te suauissime educavit, effusis charitatis habenis amatut*ū* tib*ū* q*ui* omn*ia* quae ad bene & beate viuer*ū* domin*ū* pertinebat verberim semp*ū* & ambabus suppeditau*ū* manibus. Cui iam capulo instanti, & (quod dici solet) alterurr*ū* predictm*ū* in cy*ri*ba Chatotis habeti*ū*, fidē dederas, te am*ū* preter

talibus, ac sacrificijs deo immolaturum. Quinetiam
dam mortui cadauer per sandapilarios efferretur, eu-
labas, vociferabar, & ad rauim usque clamitabas, ita
ut pro eo vitam pacisci velle videreris. Nunc autem,
ubi fides viuenti praesita & ubi simulata pietas cada-
ueri exhibita? O ingratæ mentis iuuenem. O perdis-
tissimum adolescentem. Nihil sane iam conqueror,
q[ui] mei dememineris, quem parentis coepit obliuio.
Iam quoniam in nequitia tua ita occaluisti, ut lapideam
magis quam humanam videaris effigiem induitus, plurib[us]
te verbis hortari desistam. Vnde ut lubet, egeris que vo-
lueris, profundas, perdas, pereas, nihil ad me futurum.
Sciueris tamen ex Pittaci sapientis dicto, tales te ha-
bitur liberos, qualiter erga parentes te presteris. Vale,

Epistola 39.

Olitioris litteraturæ viri multaque lectione
M exerciti, qui de liberis educâdis libros edid-
derunt: bene & docte mihi instituisse viden-
tur, ut infantibus adhuc vagiètibus studiosæ adhibe-
rentur nutrices, quæ eos cibis mollioribus, utpote la-
cticinijs suauiter pascerent, ne si duriusculos ori tene-
ro fortasse inculcarent, flaccidae adhuc & bulla fragi-
liores maxillæ, dentibus immunes non frangerent, aut
molliores pepone stomachi non decoquerent. Caute-
siquidem obseruarunt tenellum corpus vix bene com-
pactum, esculenti paulo asperioris non esse capax. Hunc
ritum, qui de erudiendis pueris aliquid reposuere, itidem
obseruari voluerunt, ut videlicet rudibus crudisq[ue] in-
genijs (quæ sunt veluti tabula rasa, in qua nihil depis-
etur est) prefererentur viri moribus non minus q[uod] do-
ctrina conspicui: qui nutricibus nihilo asperiores, ipsos

C

IO. RAVISII TEX.

primis litterarum edulis, ytpote minutulis elementis imbuerent, atq; animum virtutibus perinde ac doctrina formarent, excoletent: non ignorantes eos arduis oneribus non sufficere, quorū vires modicis etiam rebus succumberēt: eos præterea maioribus disciplinis non esse idoneos, qui in ipso vestibulo deficerent. Cognitis demum elementis liminaribusq; litteris, grammatices rudimenta studuerunt his inculcanda, quo fascilius orationem grammaticam, licet ornatu & cultu immunem contexerent. Quod ybi facere tam probe sciuissent, orationibus partim solutis, partim pedestribus, leporū & venustatis succo affatim delibutis, compонendos voluerunt: ut imitatrixis instar simiæ, alie-
nis inhærerent vestigijs: quodq; ab alijs factū inspice-
rent, ipsi facere aut saltē emulari, a tergo & eminus co-
narētur. Hoc vno motus argumēto, quū pridie huius
diei audīsssem Petroni charissime, te ad artis dialecti-
ces studia remis velisque aspirare, non potui ut utili-
tatis tuę semper studiosus, quin id desiderium litteris
conarer excutere, difficillimū factū suspicatus, te illius
succos ehibere, qui aliarū artium parentis riulos, vix
bene labellis primoribus degustaueris. Nec enim te
latet, caduca & fragilia architectorum fore ædificia,
quorum debile fundamentū extiterit. Agedum ergo,
priusquam immaturis condescendas affectibus, sagaci
examine perpendas, quid tibi sit utile: neq; quicquam
pares extruere, priusquam stabili fulcro illud solidaueris.
Futurumq; dubio procul expecta, te a cunctis arti-
bus longe exulaturum, si hanc a te floccifactā pros-
cripseris, proscriptā floccifeceris. Cui enim per deos
immortales, idoneus videberis disciplinæ, si hanc

grammaticen dico) ignores? Quid ad stomachum tuum faciet riuus, cuius fons tibi odiosus fuerit. Eris iuris civilis aut canonici peritus, qui latinarū dictiōnū sensus ignoraueris? Callebis physicas rationes, qui verborum æthymologā nesciuersis? Extricabis difficiles sophismatū meandros, qui aperiſſima quæq; explanare nequiuersis? Scrutaberis cœlestes & altissimas Astrologiæ, aut Theologiæ causas, qui quæ infima sunt & pedibus tuis vicino contéplati nesciuersis? Degustabis arborū, herbarū, ynguentorū, ac radicū succos, cui odiosa fuerit primarum litterarū deliberatio? Aliorum morbos ynguētis aut antidotis repelles, qui tuæ ignorantiae remediū adhibere neglexeris? Declarambis in senatu aut ages in theatris, priusq; in scho la loqui didiceris? Alijs ne persuadebis, qui quæ tibi præuides ytilia, suadere nequiuersis? Perpende velim, & in memoriā aliquantis per reuoca ex maiorū annalibus; quam frugifera quam ytilis, quam iucunda sit artiū humanitatis lectio; cuius amoenitas, lepos, suauitas, Italos (a quorum scatebris lingue latine torem primū constat emanasse) ita pelleterit, vt parum gratae tulerint cæteras omneis disciplinas a se reisci, & eliminari: vt has obuijs vlnis amplectentur, harum odorem assiduis naribus olfacent, lapore lingua ins explebili degustatēt, venustarē labellis arctissime cōpactis deoscularentur. Quotusquisque enim Philoso phus aut sophistes in ipsis etiā Italię penetrabilibus cōperitur? Quot illic medicos, quot Astrologiē peritos, Quot iurecōsultos inuenies? nullos sane aut paucos. Contra vero, poetarū nominibus cititatū compita ebulliunt. Rhetoribus ac declamatoribus vix thea-

IO. RAVISII TEX.

tra sufficiunt, grammaticos non capiunt scholæ. Hystoricorū verbis passim locorum compita fulminant. Nouus quotidianie Seruius, nodosos enodat. Nouus assidue Valla, muscosos emungit, & (vt semel dicam quod sentio) laudāda videtur Italorū latini sermonis parentū constātia: qui (quod has artes ceteris iucundiores semper credidere) ab earum castris nunquā defecerint. Legimus oratorū principē prouecte iam ætatis Tullium, Rhodijs præceptoribus se se recoquendū tradidisse: quin & easdē artes a priscis regibus tantoz pere excutas, vt liberos suos præceptorum ferulis ac flagris perinde ac infimæ sortis, aut conditionis peregrinæ puerulos submitti voluerint ipsosq; institutores amplissimis plerūq; muneribus cumulauerint. Sic Marcus Antonius imperator, Frontoni Philosopho quem dicendi præceptorem habuerat, statuam erexit. Sic Scipio Africānus Enniū statuam sepulchro suo imponi, Sic Archelaus Euripi dē sibi coniuā adesse, Sic Traianus Romanum ingrediens Dionem prusium curru suo donatum honorari, Sic Ptolomeus philopater templum Homero dedicari voluerū, Sic deniq; (vt a peregrina ad domesticā transeamus hystoriā) Clotharius Sadragessillum ludimāgistrū (quod Dagoberti filij sui pädagogus esset) ducatu acquitanico do nauit. Hæc & alia permulta quæ adduci posunt testimonia (vt opinor) sufficiunt, quæ artes humanitatis attentius excole das, in aritum (nisi lapideus fueris) inducant. Verbis meis igitur acquiescas velim, qui nihil tibi non vtile, non frugiferum consulam. Id ubi feceris, meo in te amori, licet infinitus prope fuerit, plurimum incrementi adiectum periclitabere. Vale.

Epistola. 40.

Em a me tibi frugiferam, nedum iucundam
R semper factum iri opinatus, si parentis in-
 star quod ad animi tui cultum & motū ho-
 nestatēm pertineret, dietim tibi legēdum ac pro sua-
 vissimo delibādum eſculento proponerē: statui apud
 me breuissimis ſepenumero codicillis (quoniam id
 etiam quotidiano pene conuicio efflagitabas) quid ti
 bi laudi, quid vtilitati futurū, contra quid honori tuo
 fuliginem & tenebras inducturum, aperite: quo certius
 meq in te benevolent̄, licet tibi tuis ynguiculis
 notioris, periculum adhuc facias. Fecile autem ope-
 rare precium videbor, si prius omnes in te viciorū fa-
 villas funditus extinxero. quam te ad virtutis studiū
 inflammare studeam: si inquam, docti agricolæ in-
 star, prius tribulos, lolium, carduos, & vrticas radicis
 extirpauerō, quam purgatissimū, & purum tritici gra-
 men ſufcis immittam. Inter caetera quaꝝ nomini tuo
 magnopere officiunt, primas ſibi vendicat ebrietas:
 quam ideo primū eliciuntandū cēlui, quod ea rationis
 vſum hominibus excutiat, vicijs omnibus incremē-
 tum preſtet, virtutibus ortū & nutrimentū impeditat.
 Hinc eo facilius clauſtris tui corporis interdicere spe-
 rauī, immo & mihi ſum pollicitus, quod nō ignores
 vniuentiam tabificum multis venenum fuifſe. Quis enim
 nescit, florētissimis ciuitatibus & opulētissimis
 earūdem incolis pernicioſam & exitialē fuifſe? Quis enim
 nescit Troiam in multis ante tēporibus inelucta-
 bilem, & Martis rabie indomabilem, ſepultis vino
 Phrigibus captam fuifſe? Quis ingentes Rutulorum
 copias a Nifo & Euryalo præter vindictam iugula-

IO. RAVISII TEX.

tas? Romam à Brenno Senonum duce, obrutis Baccho ciuibus incendio data? Fuit ne & cōtagiosa summis etiam principibus h̄ec temulentias? qua authore Antiochus magnus hyeme tota in vino & venere cōtrita profligatus. Oloernes a Iudith muliere interitus. Poliphemus ab Ulyssie excoecatus. Deiphobus a Menelao interfactus. Alexander ab Iola pincerna Veneo potus. Cynatas filia? incestu contaminatus. Bonosus imperator a Probo superatus, ac suo sibi laqueo iugulatus. Athamas, Learchi, Aganæ, Penthei filiorū languine polluti. Anacreon acino vuæ passæ suffocatus. Lacies philosopher nîmio haustu obrutus. Cyampus a Cyane, Armytus a Medullina filiabus occisi creduntur. Infinita prope testimonia quæ inexhausto orationis stylo mihi suppeditâtur, in mediū euocare nisi h̄ec satis esse arbitrarer, quæ vel temulentia omnē tibi adimeret, aut saltē aliqua ex parte refrigerarentur. Perpende velim, & apud te sagacius patulo cotēplare, quid inde veneni pullulet, quata exhaletur mephysis. Obruti vino sensus hoīem glirib⁹ sopnolentiore efficiūt, e gradu mētis deiisciūt, & rectā tollūt de cardine mentē. Resipisce igit⁹, & ab hoc existiali veneno linguā reuoces: aut si factu tibi videatur difficile, eo proīsus abilitinere quod tādiū rātopere dixeris, ne saltē scytises. i. Scytharū morē imitere, qui nectar vel meracissimū acheloio poculo nunquā diluūt: quin (vt scribebat Androcydes Philosophus ad Alexādtū) memēto quū vinū potas, sanguinē te bibi turū nā cicuta homini venenū est, cicutē vinū, hoc est cōsydera, quāta vini vis sit, vt veneni sit venenū. Vale. Datū ex ēdibus nostris pridie Calēdas Decēbres.

Epistola. 41.

Acit tua in omnes vel ignotos comitas ne-

Fdum in liberos humanitas, pater colendissi-

me: vt quanvis præter hoc corpus & quic-

quid in eo est, tanta semper abs te suscepimus ob-

sequia: plura semper dictim appetere non erubescam-

mus. Quinetiam ita, nam cōparatum esse non igno-

ramus, vt (authore Vergilio) Omnis in Ascanio cha-

ri ster cura parentis: Cōtra vero liberorum spes omo-

nis in parentibus, velut nautæ refugium in anchora-

ta constituta permaneat. Audaciores igitur paulo

in his quæ vtiliora nobis fore conspicimus, vel ob

id vnum facti sumus: quod pictorem in excolendis

morticiñis, imaginib⁹, simulachris fictilib⁹ sensu

& anima vacuis, non auro, non argento, non denique

preciosissimi parcere pigmentis conspiciamus. Va-

lidius igitur argumētū quum nobis vīsum sit, nec

pattem in excolendis suis animatis imaginib⁹, de-

bere facultatibus parcere: intrepide quæ ad ingenij

nostri nedum corporis cultum pertinent, exposcim⁹

te nihil in his quæ ad ornatum nostrū spectant pi-

ctore tenacorē expectantes. Ne autē diutius te pen-

dulum remoremur, lucidius quid verba hac nostra

velint aperiemus. Defecimus a primo preceptorē,

quem dum iusticaremūt mēlē tuę conuiūā adlibui-

stī: nunc sub alio militamus primæ itidē clavis prefe-

cō: qui discipulos solutę partim orationis venustate,

hystorię partim flosculis expolite satagens, Fabijum

Quintilianū, & Cœfariis cōmentarios allumpit legen-

dos: nec tamē ita assumpit, quin reuocato calculo sa-

cile recātet, si alios ad stomachū tuū & palatū magis

C ii 1

IO. RAVISII TEX.

facientes eidem legendos iniunxeris. Hos tamē p̄cūndis elegit, quod Quintilianum licet mendolum & maculis scatentem, ab omnibus laudari, Caſarem ut hystorice domestice scriptorē, a paucis immo nullis reprobari videat. Ne autem a maiorum vestigijs aberrare, & (quod tritiali fertur adagio) cornicū oculos configere, & sexagenarios de pōte deiſcere videatur: sex nouissimos Aeneidis Vergilianos libros ex planandos, & ad finem superis arridētibus deducendos accepit: testatus Lucanum Syllium & Statium ut duriſculos, Mantuani carmen ut paulo flaccidius a plāterisque non vlsqueaque probati, vnum Marōnem heroici carminis scriptorē, ab omnib⁹ nullo reclamante laudari, amari, deosculari. Nunc igitur p̄ter æquissime perpendas, videanturne utilis horū auctorū lectio, quā si p̄baueris, da operā, ut cōdiscipulis proficiētibus oscitantes nō p̄griteſur, p̄gri non oscitemus, sed emptis actutū codicibus, ceteros omnes cursu & lectione præuertamus. Vale.

Epistola. 42.

Tomachum nūli aliquantis per mouit, ac
Sbilem excitauit multicida illa verborū tuorum licentia: qua me ut merulentum & visno mateſitem, & (quod dicitur) ad ambas vlsque aures ingurgitatū, ſeu erius incelluisti: mouifetque acerbius paulo, iuſi indubitate fide mihi compertum eſſet, te non morbo animi aut liuoris ſtimulo ductū id egiffe, quin potius vt me tibi iampridē obnoxii, ampleri ſe nper obſequio demerteris. Ego ſane inticias neutiquam iero, me p̄ter modū vinoſentiae deditū ſi ille eſt, tamen in te culpae meæ veniam eo facilius

EPISTOLAE.

21

me exoraturū spero, quod nō ignores neminem tantum esse probitatis hominē (fuerit licet dij ipsi proximus) cuius vita aliquantulis viciorū tenebris nō cibis nubiletur. Aeneam sua cōmendat pietas, dedecorat proditio, Alexādru m bellica virtus extollit, deprivat ebrietas. Salomonis prudētiam quisque laudat, laicitiam nemo nō vituperat. Neque tamē propter ea licet mihi existimō, vt sceleratis aliorū vestigis ipsius gne adh̄ereā: verum id vñū summopere abs te oratum vellem, vt conuicijs aliquāto mitioribus me increpates. Nō sum peccoris adeo obtusus, vt verbis huius manis nō mollescā. Ceterū quoniā me a potu nimio multis & immodicis sermonibus deterruisti: te deprecabundus postulo, vt prolixiore orationis stylo mīhi adaperias & enarras, quid cōtraria ebrietati & crapulæ ep̄ rantia utilitatis afferat. Secus haud facile miseri persuaserō, fugiēdā esse profus vinolentiā: quam n̄ per (absit tamen verbis tuis cōtraniti) nō solū iucundam, sed & utile mortalibus existimauī: nec existimauī tantū, sed ex recepta fidei authoribus, in omni doctrina locū facile principē obtinēb⁹ collegi. Ennitus imprimis si Horatiano testimonio succinere, & calculū adīcere voles, mero despumās ad carmē proprioriter extitit: quin & Cratinus aferit, nulla placere diu nec vivere carmina posse, quæ scribuntur aquæ positibus, Mnesthens quoq; vīnū animæ & corpori robur addere testatus est. Quod si horum testimonia quod prophani fortasse authores tibi videantur, suscipique tuleris, Christianæ religionis cultorem Faustam Mantuanum tibi obiūciam: qui Faustum pastorem ita loquentem inducit.

I O. R A V I S I I T E X.

Vina sitim minuant, animique doloribus obstant;
Vina vt amicitias, vires ita corporis augent:
Funde itetum, potare semel, gustare Secundus
Colluit os potus: Calefacta refrigerat ora
Tertius: arna siti bellumque indicere quartus
Agreditur: quintus pugnat: victoria sexti est:
Septimus (Oenophili senis est doctrina) triumphant.
Ne igitur laborem tuum hac in re mihi adhuc denes
ges, quin ubi crafina fulserit hora, epistolā ad me re-
mittas, qua lucidius omnia verbis cōpleteare. Ceterū
pridie huius diei ad aures meas peruenit, te libris af-
fluere cōplusculis, quos vt minime tibi idoneos nā-
quam reuoluas: sed inscrīnijs putrescere cū blattis ac
tineis rixari permittas: hos velim propere ad me cu-
ra deferēdos, ne non sit quo corporis & ingenij mei
vires exerceam. Vale.

Epistola. 43.

Vix satis (vt opinor) verbis exprimi posset, in
quam profugū ac vehementē risum me vel
inūtum traxerit nouissima, quam ad me de-
disti epistola: notissimum sane tuꝝ cæcitatis argu-
mentum præferens: longeque notius exhibitura, si
ita semper cæcatire, hallucinari, ac desipiscere vt ocz-
cepisti, pergas. Ego verbis quā fieri potuit humanis
satis vt opinabar studueram te a vinoleria ceterisq;
permultis id genus flagitijs detergere: quod certo sc̄i-
tem, nullum ad virtutes non eradicatis a stirpe vicio-
rum fomentis aditum mortalibus patere: mihique
adeo præter scrupulum pollicebat, te in meam sen-
tentiam non pedibus modo, sed manibus quoque ac-

toto corpore descēsurum, Verum quis me oleum & operam perdidisse non fatebitur? dum te ab his quae pernicioſa fore tibi coniſciebam, diuertere ſtudii: ad ea quae profutura opinabat hortatus sum: cui verbis meis ut aliquanto aſperioribus, ac consilio ut impor tuno, parum fuit non acquieuiſſe, niſi & reprobanda quorundam Epicureorū testimonia ad vinolētię tuę & erroris fulcimentum adduceret: quālī vero delicti cauſam expurget erroris alieni testimonium, cæcīſq; viſum reſtituat alienę cæciatatis probatio. Sed Chriſtianæ religionis cultor Mantuanus vinolentiā prozbauit, qui leptimū etiam haſtum non deneget, Perpende velim prius quam quicquam crudum & imma præmeditatum euomas, quemnam paſtorē hiſ verbiſ inanibus effuſienterq; induxerit, nonne quælo ut idiotam & confuſi prorsus immunem? quod ſciuerit quę a rufiſciſ nibil præter atrārum redolentibus effe runtur, a ſapienſibus non pluris quam ventris crepitum refiſimari. Videberis igitur agresti plus quam ingenio natus, ſi rufiſci perinde ac grauiflimi Catonis frontis rugofaſ viri, probaueris dictū: eo quod ad nequitiam ampliorem (quod dici ſolet) fenefram tibi patefeceris. Quoniam autem eſflagitas, ut amplioribus verbis tibi aperiā quid contraria crupulae, & corporum voluptatibus temperatia utilitatis aut laudis afferat: Notius id (ut opinor) tibi fuerit, ſi prius apud te mediteris, quid infamiae, quid probri, quid ignauie afferant turpiflīmæ ac mellitae voluptates: quas (ut ait Cicero) qui ſequitur, nomine tantum homo, re autem belua dicendus eſt: cui⁹ ſit proprium corpori inſeruire, & hiſ ſolum voluptatibus quas tum e paltu,

IO. RAVISII TEX.

turn e ventris querit rebus. Turpissimum enim est genus hominum illorum, qui in ventrem proiecti ac libidinem, veluti sues coeno volutatur. Nihil est ergo quod ignores hominem tantis laudibus temperantiam efferendum, quanto probro ob voluptates illas, quibus semper penitentia subsequitur comes: deputendum esse conspicis. Temperantiam (nisi cornea fibra, aut iescur adamantium, roburque & aës triplex circa pectus fuerit) ut laudabile probabis, si diligenter obserues quantam plerisque mortalium celebratatem, aut (ut verius loquar) immortalitatē peperit. Non ignoras communī omnium suffragio perpetuis laudibus effetti Massinissam regem Numidærum: quod centesimum suæ ætatis annum agens semel tantum in meridie cibum sumpscerit: ut milites suos ad temperantiam suo induceret exemplo. Romanorum hytorijs Curiū cœlo tenus affterri conspicis, quod holusculis contentus viueret. Lycurgum nonne regē ubique gentiū nominari, quod abstemiū vixerit? Alios item prope infinitos per ora hominū volitate, quod sibi hac peste interdixerint? Cogant te igitur ad respicendum virtutis præmia, aut a flagitio deterreat scelerum opprobria. Non me preterrit difficile admodū esse, contemnere voluptatē: nam nobis insitam & quae affectuū nostrorum semper sequatur corpē. Posunt tamen sensim viciorū somenta extingui, quæ momēto uno extirpari nequeūt. Sed de his hacten⁹. Expetiueras nuper, ut libros, quos in scrinio putrescentes cum blattis tineisque rixati permittebam, ad te curare perferēdos. Curaui, quod etiam licet ab ostentatione procul positos, yiles tamen

tibi fore suspicabar. Ego vbi maiorem paulo studijs
meis quietem impetravero, ad te maiora dare constis
tui. Hoc tu iterum boni consulas. Vale.

Epistola 44.

Sicutis (vt accepi) lachrymulis faciem hu-
A mecas, curis edacibus animum corrodis,
verberib⁹ crebris corpusculum diuerberas
vnguis insanis faciem deformas: quod natum exi-
mio litteratum amore flagrantem, (cuius prima ætas
iter a ingenij lumen manifestum ostendebat) fatali ia-
culo percussum amiseris. Quod sane audire nedum
perpeti difficile admodum mihi vitum est: parumq;
abfuit (ita me stimulabat noui doloris rabies) quin
interdū vulnerib⁹ inhonestis me mordicus mutilauer-
rim: idq; (vt opinor) fecissem, ni muliebrē quandam
ciulationem olim parentū & amicorum obsequijs in-
terdictam, lege cautum fuisse me monuissest Cicero.
Ad id me vrgebat indoles pueri eximia, mores pro-
batissimi & ingenuus pudor. Verum quum apud me
sagacious paulo confyderauī, stultum esse ex Senecæ
dicto id timere quod vitari nequeat: lachrymis tem-
perauī, quod vt facias monitū te velim. Nostri certius
quam vt moneri debeas, mortales omnes & si serius,
mortuuros tamen: parcarum ordo stat immobilis, fa-
tum ineluctabile, immutabilis rerum dispositio. Sur-
das esse mortis aures, saxeū pectus, inetutabile telum
conspicis. Nihil est ergo quod te diutius animi excru-
cias, nihil quod vehementius indoles, nihil quod am-
plius deos & astra voces crudelia. Esset hercle quod
merito posses conqueri, si mitius cum ceteris morta-
lium, quam cum nato tuo factum conficeres. Esset

IO. RAVISII TEX.

quod iuste mortem vt iniustam accusares. Verum (vt
at Tragicus) est omnibus æqua, non superbificis re-
gum diuitijs magis quam lacero mendicorum pa-
no flectitur: nec frequentius casas & tuguria, quam
turres & castra ingreditur & expugnat: nec magis Iro-
quam Cresco, Curio quam Augultis, se præstut iniz-
micam. Non hanc sicutatis declamationibus oratores,
suauidicis carminibus poeta, promiscuis pharmacis
aut ynguentis medici ac myropolæ, teretibus lanceis
equites, pennatis missilibus strictive mucronibus pe-
dites gemmatis coronis imperatores, non deniq; cum
cti mortales rebus vllis mortem effugiat, aut terent:
neque sane honestus aut sublimitus regi quam paſto-
ri domicilium præparat,

Quantum quisque sui meritit corporis umbra
Impendet terræ, malorem non parat vnam
Principibus quam pauperibus, rufibus yle bubulcis.
Quin & vrbes fortissimis munitas pugnaculis, tem-
pla varijs extracta marmoribus, aulas attalicis deco-
ratae tapetibus funditus demolitur, eviertit, dissipat.
Quum nihil igitur intactum relinquat, cui suæ acer-
bitatis virus non propinet, quod suo nō fodiceret telo:
furore moderare, bilem cohibe. Etat (fateor) quam lu-
ges facili natus Minerua, multaq; iam lectione exer-
citatus, ita vt prospere cum latinis actū esset litteris, si
superuixisset. Quum tam en fatalis necessitas ita exi-
git, vt vnumquēq; alio migrare expediat: eius transi-
tum vultu sereno ac minime supercilioso perferte de-
bes, quin etiam felicem illum censere, quod non te-
penino (vt plēriq; a Plinio enumerati) obitu deceſſe-
rit, sed diluta ac expurgata longo examine consciens

tia: quanquam nihil (vt coniicio) severa dignum scutis
ca, brevibusque gyaris, & vmbrorum carcere dignum
pertrauerit. Quod si tantus animi tui dolor nullis
verbis aggeribus queat mansuescere, alienæ saltem
constantie exempla te moueat. Anaxagorę imprimis
qui audita filijs morte, nihil sibi nouum nunciari alle-
runt, quod ex se natū mortale sciret. Pericles item qui
duobus filijs intra quatriduū spoliatus, iisdē diebus
vultu non magis moto, quam si fuisset dura filex, aut
marpesia cautes, cōcionatus est. A Filii Pauli ex Xe-
nophontis postremo, quorū huic sacrificiū agenti quā
nunciatur effet alterū ex filiis natu maiore in acie ceci-
disse, coronā tantū depositus, percunctatus demū quo-
nam modo cecidisset, vt audiuit fortissime pugnantē
interisse, depositā capiti coronā reposuit, numina tes-
status se ampliorē ex filiī virtute voluptatē, quam ex
morte amaritudinē sentire. Ille dū quarto ante triū-
phum suum Macedonicū die alterum filiorum ami-
sisset, alterum demum tertio post triumphum, iactu-
ram illam æquo animo tulit. Id erat quod te moritū
volebam, & a te precario factum expetebam. Vale.

Epistola 45.

AEpe & multum apud me dubitauī, lice-

S ret necne ad eos velut ad anchorā & aīlyū
semper in aduersis cōfigere, quorū suppe-
tijs & patrocinio iam plerūq; fuerimus adiuti, atq;
eo magis quod beneficiū qui dare nescit (inquit Sene-
ca) inustre petit: sitque ingratae & minime generofæ
mētis accipere semper, largiri nunquā. Fecit ea res vt
nouo emergēte scrupulo qui male me habet, consiliij
tui suppetias adhuc emēdicare diutius & cunctanter

IO. RAVISII TEX.

etubuerim:quum iam tua beneficia in me tanta extis-
terint,vt si vitam pro tua ynitus dignitate profunderé
vix partem minimā viderer assequutus. Quum tamē
monuit me Tullius grati esse animi,& multum velle
debere,cui icm plurimū debeas:anti tamq; pruden-
tis viri dictō audacior paulo factus,timorem exul:
neque adhuc turpe existimauit,ad te veluti Meccenatē
beneficiū recurrere:qui si meritis tuis respon-
dere,aut gratiam referre nequeam,agere saltem non
desistam:eoſq; imitabor mendicos,qui quum acce-
pt: stipis mutuum referre nequeūt,benevolia verbo:
rum actione repēdunt. Is autē scrupulus qui me cor-
dicitus vulnerat,nocturnū sopnū mīhi adimit,seue-
ram faciem mīhi exasperat,meq; prope dixerim de
gradu deiſcit,talis est. Insurgit in me rabioſe loquaci:
tatis,& contagioſe virulentie clamosus quispiam de-
tractor,ac peccifer libitina,fatyrīcīs atmatus aculeis,
telaq; vīpereo sanguine tincta gerens. Quem nec ver-
bis a me lāſum,nec iniuria affectum (testes verborū
meorum deos inuoco)putauerim,sed (quod nunquā
ſibi persuasi) plārunque miris exulerim preconijs,
meitque rebus ac modica ſupelleſtile quantulacurq;
fuerit,si eguisſet vti voluerim:is tamen vt norunt om-
nes,paſſim locorum canina vtens facundia nomini
meo illudit,genuino dente me mordicat,indeleble
ſtigma mīhi inturit. Hunc diceres quotidie totū perde-
gere Archilochū:quod ſane perpeti difficultius ac mo-
lēſtum magis vīdetur,quam qua me accusauit culpa
ipſe vacem,ſimq; eorum,quaē mīhi impingit,minime
conſcius. Si vīla verborum petulantia a me pāz-
terhac fuifſet irritatus,immerito ſane viderer cēquei:

qui paterer telisvulnera facta meis. Quum præsertim Lacedæmonius Chilo præceperit, proximo non mas ledicas, si non vis male audire. Verum (repetere cogit doloris rabies) nunquā quicquā vñquā a me factum dictumne existimo, quare ita in me stomachari, tunc censere, inuchi, ac seire debeat. Id toleradum necne fuerit, non satis scio. Tolerarem, nisi tacendo culpam præstare videret, nisi etiam ab hoc me diuerteret. PUBLI micromographi poetæ verbum scribentis. Veterem ferendo iniuria iniutas nouam. Te igitur plus quam dici queat oratum velim, vt vbi primū negotijs quibus nunc districtus es quietē impetravetus, aliquā cō filij tui scintillam mihi porregas : quodq; imponitur oneris sponte suscipias : simul vt pleniore obsequio me tuis amantissimū demerearis, simul ne id suffragijs mihi denegās, sis delicti mei (quod alioqui fortas te perpetrarem) author conscius. Vale. Valetudinem tuam cura diligenter & me semper ama, vt semper fecisti. Datū ex ædibus nostris, quarto nonas Ianuarij.

Epistola 46.

A Eppe & multum dubitasse te afferis, effes

S necne si quādo sinistre scrupulus animum tuum præstius vulneraret, ad me velut anchoram præsidij causa configiturus. Miror sane, unde perplexa ista fluctuatio, & anxietas tibi primū irre pserit; qui amicitię iure omnia tibi polliceri debuisses, quę aut corporis aut ingenij mei vires non exuperat. Effet quod cunctantius paulo hæsitates, si vlla in re quæ amicum postulaueris, te repulsam apud me paf sum testareris, aut si in præstādo vulneribus tuis me dicamine, tardiusculū me aliquando amicum præsta-

D

IO. RAVISII TEX.

tissem. Verū (nisi fallor) eum me semper probasti, qui
(vt Periclis verbū mīhi vendicē) paratus sum me re-
bus tuis accommodare, sed vīsq; ad aras; quique con-
sernandi tui causa, de via declinare cum Chilone non
dubitauerim. Dignissimū enim hoc mutuæ inter nos
charitatis pignore te semper iudicauī. Hesitare igitur
quiescas moneo, tibiq; persuadeas, me (vt cum The-
rentio loquar) pedibus manibusq; omnia semper fa-
cturum, quo rebus tuis consulam. Quod autem scri-
bis, malignū quendā ac rabiosæ loquacitatis soillum
in te cōtagiosæ virulentiae dietim quicquā vbiū lo-
corū euomere: quem nec verbis a te lēsum, nec iniu-
ria affectū putes, vis quid in ea re vtile factu sentiā tiz
bī adaperiā? Socratiç patientiē tibi loricam aslumas
frontem baccare cingas, inconcuso vultu omnia per-
petere, patere, & abstine, eiusq; verba non pluris quā
saturn vētris crepitus facias. Non ignoro, ideo durus
bilem tibi ac stomachum mouisse: quod quorū te insi-
mulat, minime sis cōscius. In hoc hercle notius argu-
mentū fuerit tuæ sapientiæ, si vbi clamosa commina-
tione verbisq; iurgiosis ita oblatrat, ita cornicatur, elin-
guem Seryphi ranam te prēstiteris. Quid enim huic
homini bombilio litem dissuadeas? Quid serpentinę
linguaæ venenum excutere satagas? Patere, patere, ac
prius quam temere quicquā eructes, Tyberij Cesaris
modestiam in memoriam reuoces; qui (vt testatur il-
le) post conuicia, malosque rumores, ac famosa de se
ac suis carmina, firmus & patiens, dicere satis habuit.
In ciuitate libera, liberas esse linguas oportete. Ad id,
te omnia Philosopherū apophthegmata ac sententię
inuitat. Cleobuli imprimitis, cum cauillatibus non esse

insaniendū præcipientis. Quid quæso te lucri conse-
quuturū speras, si cū iurgioso litiges, & (quod fertur)
in puto cum cane pugnes? Nihil lane male dicit, qui
bene dicere non nouit. Eius igitur verba sephyris cō-
mittas. Clamet, obstrepat, crepet, increpet, nihil est
quod tibi dari queat vicio, si pertuleris. Vale.

Epistola 47.

Agnī (vt video) verba mea æstimasti, ma-

Mgni consilia fecisti, hominū stultissime; qui
quod tibi pernicioſum ſemper fore predi-
caui, excoecatus, & ſtultiæ tenebris inuolutus perpe-
traueris. Parū tibi viſum fuerat, iuuentutē innumeris
prope flagitijs contaminare, nūl & ſummā tuis mife-
rijs impositurus, vxorē duceret: quaſi vero odioſa tí-
bi fuerit libertas, infantū clamor iucundus, quaſi mul-
torum curam appetas, qui tui tātum vix curiosus eſſe
poteras. Quid dicet homo antiqua virtute, ac fide pa-
ter tuus, ſi reſcuerit, qui iam ſacris mysterijs & cultui
diuino ab incunabulis te deuouerat? Testor deū atq;
hominū fidem, ad insaniā redigetur: vix erit ſui com-
pos, ita ardebit iracundia. Et cui dubium potest eſſe,
quin ſicubi locorū te repererit, quingētos protinus tā-
bi infringat colaphos, aut cerebrum tibi diminuat, aut
te verberibus cæſum in prifinū dedit? Quibus autē
verbis ambire furentem conabor? Quæ prima exor-
dia ſumam? Quo affatu lenire ſtudebo? Vociferabitur
ſcio, & me erroris, tui conſciūm protinus exclamabit,
arguet, detestabitur. Quum enim interdum apud me
iuuentutis tuae iugum, libidinem, prodigēiam bilio-
ſus increparet, atq; adeo execraretur, vt pene in capil-
los tuos yellet inuolare: apud eum te ſemper excusa-

D ij

IO. RAVISII TEX.

tum habui,dixiq; iuuenile id esse viciū,ac p̄imēuis omnibus cōmune,quod crescentibus annis facile extirparetur:promissq; perditos illos mores me tibi facile excusſurum.dij boni quid inquam dicet? Vtri noſtrū grauius excandescet? vtrū durius cōuitū euomet? Vtrūq; ſane(vt opinor) pati cultro dignum putans, furcis deuouebit.Miferū me,quid agā? Hoccine etiā hominū perditissime,feſſile debueras,quiñ prius amicorū cuiquā verba faceres, mihi ſaltē, qui te ſemper pati loco habui,quo & parentē: cui nihil vñquā tam arcanū intus latuit,quod tibi adaperire dubitauerim? Quid eſt quod in erroris tui fulcimentum adducas? Quod huic malo remedium inuenies? Quid quum te arguet,referes? Si prius quam quicquam moliretiſ amicorū neminē conſilijs tuis adhibere voluisti,cautius latē præmeditari debuilles,quid oneris ſubibas, cui iugo ceruicē inclinabas,iugo dico,quod cum vel cornibus excutere placeat, non liceat id auribus tuis inculcatū:ſi profundius voluas,ademptam tibi libertatem competies. Te ſolum tui curiosum, prius eſſe oportebat.Vxoris poſthac,& liberorum cura erit haſbenda.In diem antehac viuebas,incepto vix prandiculo matutino,coenę ſequētiſ anxiū te eſſe nunc expedit,porrectis(quod dicitur)pedib⁹,& in vtrancq; prius aurem dormiebas? nocturnum ſopnum tibi poſthac auferet dormiſta necessitas.O hominem incōſultū, O tribus anticyris caput iſanabile. Erit polliceor tempus,in quo ſtultiq; tuae poenitentia ductus,& vngibus faciem tibi deformes,& matrem quum te peperit,abortiuū malles peperille.Quid quælo ſi amicorū verba nequiuerunt,fuis aureis ſententijs phis

Iosophi ab hoc non deterrueret? Quid primū omniū tibi non succurrit Alexārides, qui dicebat diem nuptiarum, omniū malorū initium, nam aiebat. Si pauper, diuitem duxeris, dominā, nō vxorē acceperis. Si pauperem, onus vitæ ferre non poteris, quū pro uno duos sis nutriturus. Si turpē, dolebis. Si pulchrā, has bebis cōmunem. Quid inquā Hypponaētes & Chersonon non diuerterunt? quorū ille duos dixit uxoris dies dulcissimos: Nuptiarū videlicet & mortis. Hic, satius vxorē efferre, quā ducere. Cæterū quoniā veteri fertur proverbio fero Phryges sapere: tuo nūc in fortunio sapias, & quā in te cudiſti fabam, perpetete. Quod tibi propinasti venenum bibe. Vale.

Epistola. 48.

Vid causæ est, quod nouissimis tuis litteris
Q tantopere mihi succenseas, in me tam graveriter exclames, tam acriter inueharis, tam sūriose sœuias! Summe incēdiarius, pyrata, sacrilegus, homicida! Nihil hercle (vt suspicor) peccavi, nihil commerui, nihil deniq; tanto dignū conuicio perpetravi. At vxorē (dicas) parentibus (qui iata sacris mysterijs ab incunabulis me deuouerant) ignorantibus, aut iniuritis potius duxi. Quid nō duxerim? Quis a protogamia hominē diuerat, quū nec humanis, nec diuinis legibus cautū ac vetitum fuisse vñquam reperiatur. Tu sicubi legum, locorū, gentium, authorum yē emitentissimorum, cōtra factum probaueris, dignissim⁹ censeri velim, cuius in exitium & mortem nō vna patetur symia, non serpens vñus, non culeus vñus; sed quicquid ab ingeniosis ad hominum tormenta, & miseras tyrannis vñq; repertum est. Vis me senio tez

D iii

IO. RAVISII T E X.

nus (quæ misera est laſitudo) solitarium ac celibem
conſenſescere? Vis breuissimam hanc vitam instar la-
chrymosi turturis praterire? Fruſtra igitur monetet
Tragicus,leti vt viueremus dū fata ſinunt,quū prä-
fertim properet curſu vita citato,volucrīque die rota
principitis decidat anni. At veterum quidem philo-
phorum multos & caſte viuendum präcepiffe,& vt
präceperunt,vixiſſe,facile conſerterim. Non eſt ta-
men diſſimulandum, plerosq; non barbatenus philo-
ſophos,ſed vere ſapiētes, non tantum nuptias com-
mendasse: ſed ad eas quoque acceſſiſſe. Summi enim
philosophi Pithagoras,Socrates,Crates etiā,qui ſine
ſupelleſtīle fuſt, vxores duxerunt,eisq; colabitauere:
neq; philosophiē impedimēto putauerūt. Quid enī
(vt arguebant) magis officiū philosophi, q̄ ſecūdum
natutam viuere: quid autē magis ſecūdum natutam
viuere q̄ vxorem ducere? Tute ipſe noſti animal ple-
num rationis (quem hominē dicunt) ſociale eſſe, atq;
ex philophorū teſtimonio, ſocietatis illi⁹ príncipiū
eſſe coniugium, ſine quo neq; ciuitas conſiſtere neq;
domus perfecta eſſe potest. Illud enim vinculū(que
iucūda eſt animi requies) vtriq; curas adimit,in vtro
que amicitiam conflat, ac ſi quod acerbitatii vir⁹ in
altero enaſcatur, partem alter ebiſit. Non ſum etatū
adeo imprudēs, vt cui vel reiectis ſtatim repudijs,id
licere conſiderim: vbi tamen etas firnius aliquādo
maturuerit, non video quare id cōmode fieri nō poſ-
ſit, aut ſi poſſit, debeat, aut ſi debeat, cur mihi quoque
nō liceat, quū necessariū videatur matrimonij, ex tri-
plici Lacedemoniorū lege. Quarū prima. Qui vxor
rem nō duceret, ſecūda. Qui tard⁹, tertia, Qui nō be-

ne,damnabitur.Apid Romanos quoq; Val.Max.&
Iulius Brutus Bubulc⁹ célores,bona eorū qui ad se-
negutē celibes peruererāt, fisco adiudicasse credūt.
Sed qui deformē(inquis)duxerit:molestā feret.Qui
diuitē,nō vxorē,sed dominā acceperit.Qui pulchrā
tenebit cōmunē.Duxi ego vxorem forma liberali,&
vultu adeo modello,vt nihil supra: neq; em (spero)
cōmuniſ erit:qua nūlū adulterio capitalius esse fla-
gitiū sibi vñq; persuasit:sed eos,qui aliquid tale per-
petrassent,Petylli tauro & Bulyridis ara dignissimos
semper afferuit.Quid quoſ meli⁹ facerē eo,quo qui
laborum partē sustineret, patrem voluptatis & lētitię
mecum eiberet,reperire? Faciā enim aliquid opor-
tet.sacris me addicerē mysterijs,qui id vtile fore vt
cederē adduci nunq; potui? Solus beluae instat viue-
rem,cui solitaria vita nihil vñquā magis odiosum vi-
sum est? Fornicarer , aut adulterijs me contaminare,
cui aliter cōcupiscentię præter sc̄elus parere liceat?
Fornicatione & adulterijs abstinerē,cui stimulo car-
nis reluctari,impossibile magis quā difficile extitit?
Quū igitur fecus fieri nequiuerit,quiescas porro mo-
neo,ac desilias mihi velut ignominiosum aliquid cō-
nubium obijcere.Egeo tua & parentū opera,quā si
facti huī⁹ perteti mihi denegaueritis:solus rerū mea-
rum vtcunque potero satagā,quādo etiā id efficere,
mea propius quam aliorū inter est . Quod si assidu⁹
corporis mei sudor minor fuerit,quā vt noſtrū vtriq;
victum conferre valeat:certū est domesticatim poti⁹
manū ad ſtipē porrigitere,quā inedia misere cōlumi.
Vale,tubes animi nuncia verba mei.Datū ex meo &
ſponsae tūgurio Calendis Martij.

IO. RAVISII TEX.

Epiſtola. 49.

Ominum barbaris & incultis moribus præ-

H ditorum compluscula beluinæ prope feri-
tatis exempla hystoriarum, paſſim reperire
est. Nec vſquā tamē annalium legiſſe aut viduisse tam
lapideæ ceruicis tam agresti natū ingenio quenquā,
memini, quem pepone molliorem, & oleo tranquili-
lorem non redderent meæ vicia tua detestatīs incla-
mationes, quæ te cordicitus non ſolum non pupuge-
re, ſed ne in cute quidem titillarūt. Quod me animi
ſuſpensum ita reddidit, vt quotiescūque rei huius in
mentem venit (venit autē per ſingulas horatū minu-
tias) mihi vix ipſe tēperem: quin vītae longioris per-
tæſus, nouū aliquod & inauditū mortis gen⁹ mifero
mihi cōmifcar: quo poſſim inuifam quamprīmā ar-
rum pere lucē. Feſiſſemque iampridē (vt opinor) niſi
ferreum hunc animi tui rigorē humaniſſimis verbis
ſenſim excuti poſſe mihi perluafſiſſem. Quis enim
perferat probris alienis ſe infamē fieriſ. At puerorū
ſlagitiā ſæpenumero parentibus impinguntur: quod
hanc peccādi occaſionem mollemque educationem
(quæ omnes corporis & animi neruos frangit) libe-
riuſ illis videantur indulgiſſe. Videbor igitur mea ſea-
cordia, aut formandi tui negligentia, ad nequitia fe-
neſtrā tibi patefeciſſe, atque quum nihil aliud per-
petrauerō quam quod tale genuerim, magnā tamen
reipublicē iniuriā videbor intuliffe: quiaſi vero om-
nem operā, curam, induſtriā, diligentiam denique
omnem, vt te quam optimis formare institutis, non
adhibuerim. Quando enim queso rerum tuarum ne-
gligens viſuſ ſum: quando tardus aut fugiēſ laboris

eius præsentim quem tibi vitu fore credidi? nonne a pueri partulum eduxi? Non pecuniarum aliarumq; rerum tibi utilium affatim semper ministravi? Non ne sub præceptoribus latinas litteras haud incuriose doctis (quos intra priuatos parietes nec modico reti nui stipendio) erudiendū curau? Abunde lignorum (si quando vehemens esset frigorum intemperies) præbui. mundius cæteris fratib⁹ vestiui. Sperabam itaque his in te meritis te quoquo terratum missum iterum, nihil eorū quæ præcepisse morosa ceruice detrectaturum; sed pedibus manibusque in meā sententiam descensurum. Neque tamen te pudet hominum turpislime ea facere, quæ & me ad infamā redactura, & te (ne dubitaueris) aliquādo ad furcas & scolas gemonias ductura sint. Nam si lucidius aliqua ex his quæ infinita sunt verbis cōplete liceat, quānam scelerum species reperi quæat, qua te non inquinaueris? quis in tota Gallia siccarius, quis ganeo, quis adulter, quis patricida, quis nepos, quis aleo, qui te te cum familiarissime vixitlē nō fateatur? Taceo pueritiam tuam quam delicijs soluisti, verba imputida, ne alexandrinijs quidem permittenda delicijs, in ore tuo frequentia, alia item grauissima, quæ ab omnib⁹ perpetrasse ytinam falso dicereris, quæ tametsi dictu puzdenda sunt, fecille tamen te non puduit. Accivierunt me ad cenam nudius quartus amicorum nonnulli, vbi quum in tui mentionē mutuis incidissemus colloquijs, cœpit quidam immodicus altoqui virtutum mearū estimator, me sinistris auribus natū prædicare, qui filiū genuissem effigie ten⁹ hominē, spurcissimis autē morib⁹, porco simillimum, cui iucundius sit in cœs

IO. RAVISII TEX.

no & stercore voluntari, quam aqua purissima dilui.
Nec defuere, qui te ipsum perinde ac spiritum semine
meo genitum inficias irent, qui virtutum mearum ne min-
imam quidem referres scintillam, nec mea te monentis
verba pluris quam eminulos lanarum floccos aestimas-
res. O quanta queso, quamque accita doloris cuspide
pectus meus tunc perfoissum fuisse existimas? O quan-
ta ita siccum iecur arsisse opinaris? Vidisses (ita me-
dijs amet) excuslos oculis meis lachrymarum riuiulos
vbertim etiupere. Vidisses capillos ventis diffusos ex
trahi. Dixisses, aut me detinum stridorem perpeti, aut
quibusdam numinum intemperijs, morbove comitali
miserrime agitatam, distorqueri: ita me stimulabat ra-
bies: ita comprimebat dolor. Quem dum qui aderant,
verbis lenire (frustra tamen) conarentur: aggrauescen-
bat, ita ut per edie viderer moriturus. Dij boni te tale
futurum sperasse, te hercules (ut opinor) nutricis ab ybe-
re raptum feris deuorandum obiecisse. Idque in tem-
ptatione fuisse, vicijs saltē caruisses, ego miserijs istis,
quas perditissimi tui mores glomeratim mihi con-
gerunt. Tu ob scelerum ignominiam, ego ob eam (quam
præbuisse dico) peccandi occasionem despectui, & lu-
dibrio non haberemur. Mirabar, mirabar quod tui
videndi copia, neque nobis, neque amicorum cuiquam
iam pridem fecisses. Tuæ enim turpissime vitæ con-
scius reformidabas, ne nostris omnium clamoribus (ut
criminosi esset) arguereris. Timebas licentiam tibi adie-
mi, & iugum ferule imponi. O quam inopes metis meo
vnius periculo eos prædicauerim, qui dum etas mea-
tus, magister prohibent, quodam velut præfigio pu-
tant sibi cōpertum, quales sint futuri iuuenum mos-

res: his nibili sagaciores, qui ab vnguis leonē iudicant, Tu quum adhuc puerulus es, eminentissimum futuræ virtutis lumen præ te ferebas, omnesq; (vt eos iuvenum qui verecudi sunt laudare mos est) modestissimū te prædicabāt, nec erat qui spem de te quam optimam nō conciperet. Sed Heu hominum ignorarē mentes, ignara futuri Pectora, dum validos ætas tibi cōtulit annos, Virtutum radijs scelerū præferre tenebras Cœpisti, & miserè prelagia fallere turbæ. Iam vt aliquādo verbis istis nihil apud te lucrificaturis, nullū (vt scio) pondus habituris, finē adiūciam: ad ea quæ nunc dicam aures aduerte. Non si (vt cum Terentio loquar) ex capite meo sis natus, itidem vt aiunt Minetum esse ex Ioue, ea causa magis patiar flagitijs tuis me infamē fieri: aut igitur vitā in melius commutes, aut de te litterā longam facturus, ingulū pares laqueo. Nisi enim te resipuisse audiero, ego velut spuriū, & puerum me patre minime dignū, te exhæredabo, exhæredatū brevibus gyaris, perpetuis tenebris, aut furcis potius deuouebo, Vale & verborū meorum (si sapis) noli dememinisse.

Epistola. 50.

V IX audeo hercle postulare, vt verbis meis fidem adhibeas, nō quod cōmenticia quædā, aut hyperbolica scripturā sim, sed quod factū difficillima fortasse viderent, nisi sincera fide ubi persuaderes, eū me esse quē amicorū absentia non minus torqueat, & exulceret, quā delectet præsentia, & enutriat. Postabulo tamen (scio) multa intēpestiue, & illepede meo more dicturus: sed quæ omnia meæ imperitiat tua cōdonet & indulget humanitas. Iam

IO. RAVISII TEX.

primum omnium latere te nolui, ex eo, quo Lutetias
nas mythologias, vilioresque istas (quibus impalles-
cimus) nentias reliquiiti, Aureliamque profectus es,
vt ibidem in meliores disciplinas, & magis questuo-
fas te totum impenetrates: animū meū tui ablentis
desyderio ita intabuisse, ita sopnolentis quibusdā co-
gitationibus emarcuisse, vt Socratis non longe abs-
mīlis viderer, qui stare solitus dicitur pertinaci statu
perdius atque pernox a summo lucis ortu ad solē al-
terum orientē inconniuens, immobilis, iisdem in ve-
stigijs, ore, atque oculis in eundem locū directis, agi-
tabundus. Dixisse me instar Niobes in lapidē obti-
guisse, aut prestigijs quibusdam larvisque bustuarijs
stupetactuo obmutuisse. Quinetiā Agelastus, ac ve-
lūt irrīsibilis lapis factus sum. Testes collegae nostri,
qui vbi attenuatā prorsus faciē, & ossa ipsa cute ten⁹
protuperantia cōtuentur, morbo, & eo quidē acerbo
ac diuturno me laborasse coniectant: qui tamen mu-
tuæ nostra benevolentiae certiores fiunt, id tui causa
mihi contigisse, non ambigunt, egrū propterea solan-
tur, aut saltem solari contendunt, cauſati nullum esse
tam pertinax & indissolubile amicorū cōtubernium,
quod aliquādo alio istuc, alio illuc profecturus sepa-
rati non oporteat. Velle nihilominus a dijs immor-
talibus ita cōparatum fuisse, vt mori tecū mihi licuif-
set, quo cū tā benebole viuere, quid viuere: immo ia-
cari semper & ociari licuerat. Sed O fortuna (exclā-
mat Plaut⁹) vt nunquā es ppetuo bona. Eo me amī-
co priuari oportuit, quo cū omnia vt mecū libere lo-
qui poterā: Qui dolorū meorū partē ebitbebat: sine
qua iucūdū nihil mihi videbatur: qui acerbatis me⁹

virtus vtcunq; pestilens inexhausta verborū magniloquentia repellebat. Facundo tibicini persimilis, quem scite & modulate adhibitū viperarū morsibus mederi testis est Theophrastus ille Gellianus. Quæ omnia qui adulandi studio a me dicta suspicaretur, is hercule tibi nō minus quam mihi esset iniurius, me videlicet parasyti similem existimans, te Thraconi Therentiaz no auris popularibus gaudenti comparans, qui inadulabiliſ es & iudicis tui non prodigus: quicq; palpū obtrudere, si lenocinū esset, caute nouissi. Stultū esset & inconsulte factum, hoc astu ad tibi cōgratulandū vel le irrepare, quem nuda & infuscata delectat, veritas, quemq; (vt cum Aulo Gellio loquar) hominem esse noui sciētia nihil de verbis laborante. Et si autē ea ani mi aegritudine semper fuerint, scribēdi tamen cupido mihi nunquā defuit, neq; enim deesse permisisset insopita mutuē inter nos amicitiae recordatio, quæ aedacem suggerebat animurn & hortabatur: licet timidiusculū facheret imperitia, eoq; audacior siebam, quo opinarer stylū meū insulsum & rusticū solœcifq; (vt tecū & cum Gellio loquar) vbi uis scatentē, non multum ab eorū abhorrente facundia, qui vel Cæfateo vel Pōtificio iuri vacaret, non quod eis linguae cultū derogem: sed quod mihi dicēdi peritiā vēdicarū nolim. At vbi reddita est nobis a Trimestigo tuo vere (vt opinor) leguleio epistola: dij boni quantū stupui, quātum inquā mihi admirationis attulit rei nouitas, qui belle in animū meū induxerā, sermonis cultum non magis cum legum studio coniunctū esse, quam matram cum infantia prudentiā. Putabam ego phylonomos omnes, barbare, aut saltem nō multū lepide loc

IO. RAVISII TEX.

qui plerisque non latinæ linguae inscitia, sed ostendendæ doctrinæ tēdio, aut odio potius. Video tamen, si modo tui similes multi compriātur, peritiam & facundiam cum legib⁹ adeo coniunctam esse: ut difficultatum sit iudicare, magis ne legibus artes humanitatis, an artibus ipsis leges debeat. Quia in re maximum mihi stuporem attulisti, quod eas contemptui nedum derelictui habeas, sine quibus leges ipsæ vel fane studentibus Archadiæ pecuarijs displiceant, aut sylvestribus rusticis notescant facilime. Gaudeo tamen quicquid dicas earū amoenitate & succo te oblectari: quartū studio coactus tibi interdixisti. Dij faciat ut eo semper animo, & si dissimiles, perdentes, ut patr. latinā mephitini, & caussidicorū istic latrantiū barbariem, tua eruditione, simul & doctrina venustes, & Budazum (quem doctissimū esse vel frequētibus cuiusq; testimonijs, & inter Lutetianos velut mōstrum prius inuisum nemo inficias ire audeat) omnimodo infectris doctrina, eosque aliquando castiges patronos ineptientes, qui nullū vtricq; iuri sermonē aptum existimans, nisi eum qui inornatus sit maxime: quasi vero ex industria barbare loquantur, quos latine loqui vetat imperitia. Quod autē mulis verbis artes nostras despiciari visus es, te fane fœlicē prædicto, cui tandem aliquando ex his garrientibus disciplinis nihil homini præter pauperiē coparātibus, emergere ac pedem rezucare licuit. Nos autē male feriatos, qui in his consuefescimus ac pene Pherecydis initia Phœnicias, & morte Syllano inter pediculos collegiales emarcemus & tabe lenta consumimur. Nos impendio loquaciores theorematisbus tantum nugalibus, puerilibusq; com-

mentationibus dilatantes, & captionū grammaticarum laqueis strepentes, stipulas & culmos steriles colligimus: vos (ab isti verbis meis inuidia) grana relictis inanibus paleis vbertim metitis. Nos (vt vere dicas) verborū & argutiarū fuligine obsecinati presentia tantum conspicimus, futurorū immemores. Vos & præsentium & futurorū solliciti posthabitis disciplinarum nihil crumenē profutarū studijs, prospiciēter vobis & reipublicā consulitis. Quare nimirum si ad magistratus amplioresq; dignitates erecti fortunā vestro temperetis arbitrio: nos vero veluti pulli inuolutes & implumes, e nido surgere nunquā possumus, Sed quid aliud faciamus? Non cuius homini contingit adire Corinthum. Vnum est, quod me solatur maxime. Securius ego me in infima conditione victurum spero: (si modo paupertate mea fuero contetus) quā si amplioribus inhibans, me semper animi exscrutiarē misere: & si hoc eorū sit dictū, qui quum nihil assequi possunt, desperatē suis se cōrētos rebus asserūt: quod quidē velint nolint, faciat oportet. Cæterū, in re mihili utrāq; paginam fecisse videat, conditionis meae certiore paucis te velim facete: vt mihi si sinistra sit, concoleas, si p̄spera, cōgratulere. Discipulorū imprimis numerus in eodem statu permanēs, præterquā quod vno florido dīminutus est, qui patrem mala valetudine laborantē visurus abiit, vt vel attritus interstiti exequijs, vel cōualeſcentē latus videat: venturus sit, necesse, latet: neque sane multum labore. Eam enim a discessu tuo constantiae loricam indui, vt iam fruolis id genus rebus cōtristati nō decreuerit. Ego prospere valeo. Id vnum me semper male habuit, quod abz

IO. RAVISII TEX.

sentiæ tuae impatiensissimus fuerim: dolorem tamen hunc lenijs prospera tua (quam ex litteris cognoui) conditio. Nihil istic noui agitur. In regū festo tria aut quatuor tantum collegia, mimos & comedias recitare, & eas quidem satyricis immunes aculeis: itinuit enim capiti suo vnuusquisque, quorundam periculo factus cautior, qui (q̄ regiae maiestati & muliebri perduelles stigma insufflent) catherinati ad regē non tam duetti quam tracti sunt. Magister durandus, cui doleo, adhuc in vinculis est: dolorem tamen sperato reginæ aduentu ubi se liberum fore cōfidit, solatur. Fatis (vt multa plerunque cadunt inter calicem supremaque labra) concesserunt magister Ioannes Tylli, olim Nauarici templi sacellanus, & N. hic Lutetia, Nuernis ille misereatur vtriusque dominus. Salutati omnes quos litteris tuis salutandos iuslerat, qui te pariter relahunt. Superest etiam, vt verbis vtcunque fieri potest humanis dominos meos Amoncurianos (quorum ego obsequijs ad aras visque sum paratissimus) meo nomine salutem dones. Item. M. Xantonensem, & vtrunque Garsonerium. Itidem magistros & (quos omisiile fuisset incivilis & rustici plane hominis) discipulos nostros, Rutillium Pedianum, & Mirandulanum ingenuos adolescētes, mei (vt opinor) amantissimos quibus quoq; in amore respōdeo. His plurimū gratulor, gratulaborq; quandiu vixero: quod (vt scribis) contentiosa quadam æmulatione studio audisse me incumbant, & a simili hero mores imbibāt, sintq; vt morum tuorum, ita & studiorum ingeniosi sectatores, & solerter simi. Spero rem nostram publicam tua & eorum doctrina ac prudētia, tandem maxime

EPISTOLAE.

33

auctum iri, & prudentissime gubernatum. Dij faciat
 vt ea res fassum me nō habeat. Si quid est, quod mea
 ars istic in tua & eorū causa efficere valeat, aut patro-
 cinari, non parcas laboribus. Inuenies me non segnē
 neq; tui absens immemoiē. Vale tu Nomophage,
 & illi Nomophyli, & excusatam habete, vt fermoris,
 ita & formandorum compingendorumq; debite ele-
 mentorum inscitiam. Datum ex cubiculo nostro, de-
 cimoctauo. Calen. Feb. Vnum est quod omiseram,
 Cauete quoq; mei anirauli, ne ingeniola vestra, & cor-
 puscula tantis, laboribus, aut peruigilijs, frequētioriq;
 studio ita fatigetis, vt propterea immedicabile morte-
 bum incurritis. Id dico quoniam iampridem com-
 pertum est, vos hac re frenis non calcaribus indigere.

Epistola 51.

Vdiusterti⁹ hora post meridiē circiter quar-

N ta, eas ego suscep⁹ literas, quas tabellario
 nostrati pridie Calen. Oct. ad me dederas,
 quib⁹ ego lectis notissimū prudētię tuę feci periculū,
 non⁹ lōge factur⁹, si in ea persliteris animi modestia,
 quā hacten⁹ tibi vēdicasti. His autē me cōsulebas, sub
 cuius præceptoris ferula tibi ad doctrinā cōparandā
 esse militandum. Quod & si inquisitus, exactius, ac
 magis sollicite queſitū reposceret iudiciū, coact⁹ sum
 hac epistola raptim & tumultuarie scripta, tibi paucis
 aperire quid super ea te mihi sit animi, idque facere
 propter desperatā, abituri punciō celeritatē, qui antelu-
 cano ſequentis diei quo venerat tempore, ſibi prope-
 re redeundum esse testabatur. Consuletem imprimis
 vt eum præceptorē tibi eligeres, cuius virtus non mi-
 tuis animum excolet, quam doctrina ingenium ves-

E

IO. RAVISII TEX.

getaret. Nam si studijs (vt cum Fabio loquar) scholā profuturam, moribus autem nocturam, constaret; potior mihi honeste viuendi ratio, quam vel optime descendere videretur. Est ludimafstrorū genus, qui rudimenta illa (sine quibus quicquid superextruxeris corrueret) neglectū habet & fastidiū quod ab omni ostentatione aliena sint: ea tamen maxime curant, quae xenodochiam, id est vanam gloriam afferat. Sub his te merere nolum, tum quod plura in fronte promittant, quam prætent in recessu: tum quod impedio loquaciores ac nugalibus quibusdā naenijs dilatantes, pueris fumos venditent: nihil doctrinæ solidæ eorumdem animis suggestant & inculcent: sed inani verborum & argutiarū fuligine perbelle deludent: ita vt quā quinquennio eosdem habuerint discipulos abecedarios & primorū elementorū ignatos, si interroges, comprias, quod quam molestum sit parentibus, qui pecunias non modicas his nutriendis profuderunt, quam perniciosum illis ipsis, qui illuc pueritā in nugis contriverunt dictū esset difficile. Huiusmodi præceptores verbis interdum piperatis strepunt, præ se cæteros rudes esse & agrestes prædicant, inanes flant glosrias, ac falsam scientiæ persuasionem sibi induunt, diagnosis pene dixerim se iudicāt, quibus yicatum afflant omnes. Verum si proprius cōsideres, quid utilitatis habeat eorum doctrina, nihil sane reperties, quod vel fracta nuce tibi putas emendū: horum igitur scolis tibi maxime interdicas, præstabilis sapiētiae virum elige, cuius sanctitas teneriores puerorum animos ab iniuria custodiat, ferocitates a licentia grauitas deterret, hæc si feceris, nec te sub eo meruisse, nec cōfilijs

nostris acquieuisse pœnituerit. Vale. Datum ex ædib⁹
bus nostris, decimo sexto Calendas Nouembris.

Epistola 52.

Itam meam nec vnius assis æstimandam
Vputauerim, nisi te febus meis ac saluti totū
 deoueas, qui nullum aeratissimi hominis
 officium in me prætermiseris: imminet enim capiti
 meo discrimē, quod nisi tuo vnius patrocinio ac præ-
 sidio vitare non liceat. Ne autem verbis meis defatis
 gatus pertædeas, rem omnē tibi a principio strictum
 aperire constitui. Celebrabatur nuper cōstitut⁹, per-
 dicibus, phasianis, cothurnicibus, pauis, lepusculis, fe-
 rina, tantisque alijs omne genus delicijs, & eculentis
 superfluēs, vt huius respectu mēmorabilē Cleopatrae
 cœnā sordore dixisse. Aderat & trimū nectar, quod
 iā in subterraneis œnopolij pene emarcuerat. Huic
 ego intesui, astiterunt & plerique multi nostrates
 non obscurī nominis viri: Saturis iam omnibus vbi
 depositæ epularum teliquæ, cœperunt protinus (vt
 moris est) cytharistæ & tibicines peramoenis instre-
 pere canticulis, atq; omnium ita aures delinire, vt iam
 diuorum nedum regum fœlicitati inuidetet Næniae
 surrexerūt, hystriones funambuli, qui multiformi cor-
 porum volutatione plurimum oblectabant: venctunt
 interdum qui prurientum animos titillarent. Aderat
 (vt semel finiam) omne genus voluptatis grataque
 omnia & iucunda supramodum visa sunt, præterquā
 quod comatuli cuiusdam uno digito caput scalpen-
 ti mollicies plerisque trædioſa latis visa est. Erat
 enim quamē fuisse Demosthenem scribit Gellius
 vestitu certoque cultu corporis nitido, venusto, nix

IO. RAVISII TEX.

misque accurato: talaribus tuniculis more Lydi cau-
ponantis circūlpeēte & composite in duebatur. Erant
eius manus inter agendum argutæ & gestuofexita vt
Dionystæ saltatriculæ cognomēto dignus cum Hor-
tēsio videretur. Quū igitur id omnibus molestū esse
conficerē, nullum tum esse; qui eius rei tædiū verbis
auderet exprimere, iusta obiurgare superfluentē tan-
tis rebus hominē incessui, quod ægre ferēs animo co-
laphum mihi protinus infregit, ego contra gladio va-
gina excepto, hominum cordicitus vulneravi, quo fa-
cto, salutē mihi fuga querere coactus sum, viuat nec
adhuc mortuus sit nescio. Quærunt me fatellites ad
furcas, vt sicubi locorum me repererint, de me pros-
pediem actum sit. Venio igitur te oratus, vt vel me
domi tuae ocellas, aut saltem visum tibi, si istac trans-
fierint inficieris. Iniquum est fateor mendaciū perpe-
trare: Parua tamen (inquiunt Theophrastus, Gellia-
nus, & Livius) vel turpitudo vel infamia subeūda est,
si ea re magna utilitas amico queri potest. Et Chilo
sapiens conteruandi amici causa de via declinauit, tal-
sum enim cōsiliū pro ei⁹ salute dedit. Pericles quoq;
rogatus vt pro amico falsum deieraret, opus est (re-
spōdit) me amicis cōmodare, sed vsq; ad aras. Hunc
igitur precibus meis locum relinquas velim. Tan-
tum enim me tibi debere fatebor, quantū patri, si tuo
vnius præsidio periculum hoc effugero. Vale.

Epistola 53.

D Emostenes Gr̄ecorū eloquētissimus apud
Philippū regem Amyntæ filium verba fa-
cturus, in ipso statim orationis limine stu-
pefactus obmutuit: maiestate (vt credibile est) tanti

viri perterritus. Quod (vt opinor) heri ac nudiulterius mihi cōtigisset, dū me colloquio tuo dignat⁹ es, nisi stupore hunc explorata mihi iampridē excusisset humanitas tua: nā quū partulus es: & in re militaria militaris, tantam morū facilitatē pre te tulisti, tantam in omnes abiectissimos, & gregarios inopes benignitatē, vt iam tū primū, qui ipem de te q̄ optimā futuræ virtutis non cooperit, fuerit nemo. Quo mihi ampliori laude cumulādus videris, qui prouectior factus tibi semp cōstiteris, neq; amplissimis honorū culminibus eualeferis arrogātor, aut magis insolēs: quod qui faciat, albis fane coruis rariores cōperiuntur. Vñu enim venire conspiciimus vt a teneris annis permulti dociles videantur pueri: qui vbi collum iugo substrinxerunt, tandem velut pristinæ conditionis immemo res statim superbiant eosque aspernētur, quibus cum puerū familiarissime vixerunt, quodque multo deterritus est, virtutes omnes abrogant. Neroni hercule persimiles, qui licet ephebus optime viderentur indolis, vbi tamen virū egit tantis tāque probrosis vitam flagitijs cōmaculauit: vt eius in exitiū & mortē non una patari symia, non serpens vñus, non culeus vñus debuerit. Quod genus hominū moribus quantum tibi interdixeris, vel cœco appareat, qui quāto prouectiores annos attingis, amplioribus animū virtutibus exornas: nam vt exēplo contentus vñico reliqua innumerā, que se se vbertim mihi offerūt, & ingenū pene obtuūt, omittam: quis mātueti ac modesti hominis factum non iudicet quod me in ludo (quē prius tyronē agnoueris) abiectissimum homuncionem e quercubus (vt dicitur) & faxis natum, vixque satis dignum,

IO. RAVISII TEX.

qui pedum tuorum vestigia deosculeris, simul & iterum in familiam tuam euocaueris, nūquam de te bene meritum. Quid enim bene mereri posset is, cui nihil est: de eo, cui nihil deesset? Quid si villo genere obsequij lacessitus fuisse? Credibile est sane te magis pauperatis meæ & laborum misereri: q[uod] opera & famulicu[m] indigere. Nunc ne parasiti instar verbis titillantibus aures tibi demulcere, aut caput blandiendo confitra re videat: ea nunc primum litteris aperiam, quæ tua tuo reuulari colloquio, tua deterriuit maiestas: ubi heri me tecum loquentem timidiusculum vidisses, concessisti (que tua fuit humanitas) ut id scriptis facherem. Faciam igitur. Percunctatus es me, vellem necne a regendis puerorum gregibus abstinere, atque istinc domum tuam migrare. Nolo hercule istuc consenserere: consenui tamen hactenus, expectans quo istinc euocarer, ac de me bene mereret, non doctrinæ meæ (que nulla est) gratia: sed paupertatis quæ magna est intuitu. Hanc spem mihi suggerebant plerique: quibus non usquequamq[ue] sinistre prouisum est. Nam ut ceteros omittā, præceptor meus doctissimus magister Ioannes Clavimontius: ubi rotam aliquandiu istinc volvauit, familiæ domini Laudunensis ascriptus est. Alij esse permulti, quorum nominibus parco: ne quis me oculis obliquis alienam prosperitatem limnare dicat: fortunam satis pingue sibi fecerunt. Eandem ego aleam dietim expecto: nullius tamen quantumcumque opulentius domum intraturus: quin imperitie meæ ac motuum non commouerim. Quoniam igitur tua fuit modestia me euocate: Id tam primum omnium non ignores velim, nihil esse in me, doctrinæ aut elo-

quætiæ, quod tibi ylvi vel honori esse possit. Si quod
tamen sit in hac re ministerium, nō negliges tibi pollicis-
ceor, & (ut vires suppeditabunt) freques & laborio-
sum: nam nullū aliud officij gen⁹ ab ipsa infantia ex-
ercui, in quo operam tibi possem p̄mittere: quam si
pollicerer, & te tua spe fallerem, & me mendacij con-
vincerem. Noueris ad hęc, me & his moribus prædi-
tum: ut holusculis agrestibus liber malum vicitare, q̄
serius lauissimus eiculētis. Quocirca tibi soli & yni
obnoxius esse velim, nec subiectus, om̄ibus tamē ob-
sequiosus. Præterea nudus sum tanquam ex matre,
vixq; (ut in adagio dicitur) obolū habeo, vnde restim
emam. Si tecū fuero, om̄ia mihi suppeditus oportet,
quæ ad honeste ylviendum videbuntur utilia & ne-
cessaria. Et quoniam ex famulorū immunditia & sor-
ditate, domini plarunq; arguitur inopia, vestimentis
(ut clericum decet) honestis indui peto, non versico-
loribus aut hystrionicis, quæ si meo emenda arbitrio
voles cōmittere, stipendio quantūcūq; modico mihi
opus est. Scio te munificū, & qui famulos terse, neq;
tamen composite, & venustæ nimis indutos malis, q̄
crumenam immodicis auri ponderibus tumentem.
Equum præterea velim suis ephippijs ornatum, tuis
suāptibus nutritū, & quoniā teste Cuidio, carmina
fecellum scribentis, & ocia querunt, velle ut tandem
aliquem locū milbi designates, ybi musis, ac tibi libe-
rius vacarem. Impossibile est enim quæ tumultario
sunt, studio ac frequentib⁹ interrupto discursionibus
multum esse decocta ac elīmata. Hęc omnia & si stu-
diose appetā, nihil tamē ardēt⁹, & obnixe magis tua
benevolentia: quam ybi fuero consequutus, digito

E iiiij

IO. RAVISII TEX.

cælum videbor attigile. Hæc omnia eo audētius tibi aperui: quo me intrepidum in his detegēdis prius esse iussisti. Postularē si me susciperes, vt non cito desereres: nisi iandiu mihi cōpertum esset ea te constata præditū, yt quos tecū euocaueris, nunquā nisi voluntates deferas. Perpēdes igitur si adhuc hoc mihi condonare libet, placeat nec ne hæc tibi conditio, quæ si displiceat, fortunę adhuc prioris cōtētus viuā: ferreus tamen sum vtcūque cōtigerit, & lapideus: si vñquam tantæ tuæ humanitatis fvero oblitus. Vale.

Epistola. 54.

Ix licet per ocium in mente semel tantum ferari: tot meæ ceruici incumbunt negotia, tot vltro citroq; curis agitor. Sed si aliquando possum aliquid suffurari ocij, moris est mihi aliquo me loco recipere, vbi fatigatum labore sp̄ritū reuocē & huius s̄eculi vanitates & miserias cōsiderē. Quod nudiusterti⁹ feci. Sed vbi Satis apud me sagaci velut trutina perpēdi: nihil in toto mūdo rcperit: quod suos non patiatur manes. Reges venenum reformidāt, do mēsticāq; metuūt perditiones. Prinates ad ampliora semper obrepunt. Senatores sunt auari, & lucri cupidit: nunquā secure degunt milites, mors proprius instat q̄ vita, in perpetuis viuunt miserijs agricolæ. Nemulta, nihil est quod suos nō patiatur manes, quodq; non sit calamitatibus obnoxii. Quocirca si me cōsulas, quid in hac re sis facturus: te monebo, vt posthac omni diutino studio exitū vite perpēdas. Nam aperte contat, nihil hac vita esse fragilitas: prudenter igitur feceris, si tuæ saluti inuigiles. Vale.

Epistola. 55.

Ihil peius odi, quā istos hypocritas & phiz
N losophastros, qui in opinione sanctitatis ve
niētes, Calomanā seueritatē capillis super
cilio breuioribus paulatim pmitūt. Expert⁹ loquor
multos reperias verborū ten⁹ setos, qui multa de vit
tutibus publico theatro exclamēt: quiq; omnia vicio
dant, aut digna putant incēdīo, intus tamen sunt pel
lace vulpe nequiores. Volo si religionē imitari decre
ueris, vt sis aperto pectore, & infucatis moribus. Im
primis da operā vt talis fias, qualis cupis videri. Nō
est quod in me succēdere debeas, sed potius ames, q
nullam nomini tuo maculā inuri permittam, insuper
quod dicas, te velle amicū habere, quo cū libere om
nia, vt tecū audeas loqui. Nullū (si me audias) tibi cō
parabis, nisi prius cū eo tres modios salis comederis
Multi sunt in hōstio tātū formosi, & verbis palā ami
ci, qui tamen clanculum ferunt insidias. Vale.

Epistola. 56.

Escio quid sit in causa, quamobrē mīhi su
N cēles: nihil enim me puto fecisse, aut dixisse,
aut excogitasse quidē, quod tibī detrimē
to sit futurum. Culpam fateor, nonnunquā ignauiam
tuam. Observavi quibuscū versabaris, tuarū refū sa
tegi: sed alioversum hoc feci, q; vt tibi nocerem. Tute
olim mei in te amoris periculū fecisti: Nisi velis i tua
vicia reclamari: alio te diuertas: nam quandiu simul
viuenus: nullā tuo nomini maculam inuri permitā
mīhi etiā (si fecus agerē) summo verteretur oppro
brio. Verbis meis paulatim acquiescas, & bene tibi
verat: omnia ad vorum tuum faciā. Non parcas pe
cumis meis, atque adeo omnibus domesticis rebus.

IO. RAVISII TEX.

Hauries a me, velut ab ipso horreo. Sed si cuiquam detrahere velis, vt genialius tibi indulgeas: nullum a me speres auxilium. Vale.

Epistola. 57.

Oneo te plerumq; tuæ utilitatis, & ab omni

M scommatū iniuria nomen tuum vindicare satago: sed dum aliquantis per michi tecum loqui licet, alio diuagaris, & (vt dicitur) extra meū ser monem tuæ peregrinantur aures. Non admodū ha bereris in precio, si eo quo coepisti pede semper pet rexeris. vt enim vicatim cōpitatiq; eos iuuenū pre dicant omnes, qui recte consulentibus dociles se pre bere non ingrauantur, ita & maximo probro datur his, qui amicorū consilijs aures occludunt, aut pruden tum exhortationes nihil penitus ducunt. Et quū vnuſ quiq; sibi p̄suaserat, te esse ingenio facilī & benigno in spē veneram te nihil detrectatur, quod suauisſent, at (vt video) si rosas loquerer, verba me nec hili quidem duceres. Nescio quid sit causæ, quam ob rem id ipsum facias. Tantis per enim dum tua consuetudine michi frui licuit, intimū te semp habui, sed (vt cōſcio) illud ipsum est. Nemo non nouit ardū esse, hominē natura distictū corrigerē. Nequitate tuæ diuturnum indormiuisti sopnū, & in pectus semper obduruisse: quare difficillimū est, te noua pelle induere. Vale,

Epistola. 58.

Audabile fuit Amasis Aegyptiorum regis

L institutum, qui lege sanxit, vt singuli quo tamnis apud cuiusq; præfecturæ præsidem profiterentur vnde viueret, quod qui non faceret, extremū illis suppliciū esset poena, cui sanctissimæ legi

cōformis prope modū videtur Gymnosophistarum
mos, apud quos impransī abibant, qui nullum diurni
laboris fructum parentibus afferebāt: & apud Baleaz
res Hyspanię insulas, puer antiquitus cibum a matre
non capiebat: nisi quid ea monitrante sagitta percuse
fisset. Nam vt in Olympiā nō meretur coronam nisi
qui legitime certauerit, ita nec dignus est vita, qui nī
hil parturit, quo testetur se vixisse. In omnib⁹ elemē
tis, ita vel deo placuit vel nature, vt nihil penitus tor
peret in ocio. Cælum quo integuntur omnia cyclo &
orbiculari motu se youit. Sol & luna alternatim suos
meatus peragūt, & sibi cedunt. Hæc noctē illuminat
ille diei præest. Venti suas tenet regionib⁹, ynde fla
tu spirant immobili. Signa zodiaci alternatim solis
flexum amittunt. Mare quiescētibus ventis tranquil
lum, iſidem reflantibus agitatur, & suos pisces nun
quam non eiſicit. Terra sterilis & infocūda hyberno
tempore, vernis & æstiuis frugibus ociū pēfat hye
male. Arbores & plantæ vt tempus aptum fructui fe
rendo persentiscūt egerunt botros, & vītōrē induūt,
ilices & quercus concipiunt glandes, Laurus & olua
baccas, Corylus nuces, Mespylus corna. Nec aculeas
tis quidem dumis, spinis & yeprib⁹ cessatio est, nam
& tharnū & alios fructus minutissimos pariunt. Sed
obseruemus nobiles vītearū gēmas. Conſyderemus
quanta fidelitate rerum omniū mater & patrē terra.
Semen sibi cōmīssum regerat, refundat repēdat: quā
to foenore Agricolā suū dītet, triticū, siliginē, hordeū,
suenam, miliū, fabas, pīsa, lente, serinum, lupinum &
alia id genus frumenta, & legumina cumulatissimq
prouentu generans. Quid annus ipse, quem rerum

IO. RAVISII TEX.

nostratum & vitæ dimicorem cognoscimus, quando
a sua desit natura? Quis vidit ver sine violis, æstate
sine granis & calore, sine pomis autumni, hye nem
absque nivibus & pruinis? Nonne succedentes feria-
tim menses suis officijs manet? Quis inuenit vidit
ordinem? Quod si haec omnia naturæ legibus & ins-
titutis parent, suos semper emittat foetus, pudeatne
hominè solum (quæ tamen præesse omnibus creatu-
ris dij voluerit) quielcere, solum putrelcere in ocio,
solum sine fruge consenescere, effecta solum ætatem
præterire: solum sine vlo vitæ ornamento emori? Quis
hoc probaret nisi defiocul?, nisi qui cucurbitas lippit
& inops est rationis; quum bruta ipsa cæteraque ani-
mantia quibus deest ratio ratiocinetur ynde viuat, &
quantulumcumq; laboris sui testimoniu nobis' omni-
bus videndum proponant? Alia hominibus profunt
sibi que charum & nobis vtilem proferunt partu: pau-
cis illa ad modū reperiuntur sterilia: & quæ nihil om-
nino in publicū afferant emolumētū. Si quis in aqua-
tilibus fidem requirat & exēplum: parit Balena par-
tumque lacte nutrit. Oua gignit Cephalus, Delphini
egerunt foetus: quos fœmina vberibus & lacte pascit
copioso: Agunt vere cōlugia, pariunt catulos æstuo
tempore Echini fertunt oua hippocampus contra cas-
nis rabiosi mortium prodest: Sed ad hominis vsum
non nihil operatur, Nec minor est in auctib; sedulitas
Aquila pullos, pbat ad sole, qui eū sustinere nequeat
& degeneres repellit. Columbi bina oua pariunt, mal-
culum primū, secundum fœminā. Cōcipiunt diebus
quadragenis. Galli longa edunt oua, rotunda fœmi-
næ, nunciant lucem, & pigros ad laborem excitant,

Pauones incubant oua duodecim, hyrindo quinque pullos parit: quos magna pascit æquitate, incipiēs ab eo qui maximus est natu, & ita in cæteris ortus habēs rationē. Vix ad cætera descendā animātia. Tauri laborem iuvant mortaliū, & agricolæ sunt, arantq; terram, ex qua fruges demetimus. Cues suis latis nos induunt, lacte vagientes pascunt infantulos. Apes nobis mellificāt, Sues se saginant ad esum nostrum, Canes pro foribus nostris excubant, greges a lupis, domos a latronibus tutātur. Feles cubicula purgant mūtibus. Dū oculos circūfero passim, nihil inuenio, quod in re aliqua non exerceat naturā: nihil, q; oculum non refugiat. Quid ergo (vt ad institutū aliquando deueniam) faciendū nobis putam⁹ / volum⁹ vinci a brutis, que ratione, anima, dignitate, fortuna, & nobilitate precellimus? Imitemur potius Plynianū illum Apellē, qui nullum diem ducebat sine linea. Caveamus ne similes illi videamur vernæ pigro & ignauo, qui turi degebat, vt mortuū cadauer in sepulchris. Reuolutus est annus, arboreo sua poma pepererunt: Ceres agricole votis respondit: horti suos carbūculos, suas violas, suos dederunt flores: Racemis suis rubuerunt vineas, pomis atbores tumuerunt. Oh supersumus, qui annuam nondū in frugem protulim⁹. Reminiscamur opprobrii, quod paritura est nobis ignauia, si conuincamur desidie. Reminiscamur iacturę q; nostris omnium ceruicibus impendet, si comperiamur ignorante. Expergiscamur socij, surgamus ab ocio, ad aratrum cōoulemus, ad burrim, ad ligones, ad vomeres, latremus in aula ceruinā pellem, vt tandem in sylvis militemus. Declamemus inter domeslicos & priuatos pa-

IO. RAVISII TEX.

rietas, vt in senatu causam milonis agamus. Relegemus Catilinam, patrocinemur Cluentio, pupillis obsequiamur, explodamus oppressores, consulamus patræ, & tyrannorum vim reprimamus. Probemus balbutiem lingue inter paucos, probemus ingenij vites, purgemus linguae vitiliginem, priusquam eo venienti sit, ybi superciliosi sedent consules, nasuti tribuni, oculati prætores, acuti caudisci, quæstores yafri, cæteriq; emunctæ natis homines. Ecce gymnasiora cha aures arrigit, in expectando est, quid dicamus: paratus est excipere, quod offeremus, paratus audire, quod recitabimus, nec fauorem aut patrocinium nobis recusat modeitus comes & ingeniosus hypodascalus: cæteri insuper doctrina & moribus clarissimi præceptores nostri aduerunt, fauorem, vultum pollicentur, & ridlbindis oculis benevolentiam, neq; porro nobis verendū est, ne si quid ornate patrum aut inconcinne protulerim⁹, id ipsum protinus crūpa nazare subflannent & auerfentur. Non estis doctissimi viri etatum adeo imprudentes, vt non cognoscatis facile cum Marco Fabio suam esse studijs infantiam. Fortissimus quisque edidit aliquando vagitum, & qui coram principibus aut senatoribus magna sui gloria in omnium admirationem causas orauerunt, prius tam fierunt rudes & alphabetarij. Vultis exigere ab adolescentulo, quod parentem eloquentiæ Ciceronem deceat? Vultis sarcinā dare infantulo, cui Demosthenes succumbat? Habenda est ætatū ratio. Non habet senectutis vires iuuentutis, sed nec iuventus consilium senectutis & eloquentiam. Vale.

Epistola 59.

Satis certasti pater, satis militiam sequutus
es: tempus est ut cōquiescas, & ferieris: tem-
pus ut substrahas te periculo, & solita pro-
fessione tibi interdiccas: tempus inquam ut iam done-
cis rude, & imiteris Horatianum illum Veianum, qui
armis ad Herculis postem fixis domi sele cōtinebat,
ne in arenam denuo traheretur. Non est tibi formi-
dandum, ne non habcas unde viuas. Tu non es ut ples-
tique gregari milites, quibus quum stipendia detra-
hantur, tenuissime viuunt, & (ut est in ad:gio) dígito
placunq; salinum terebrant. Patri tuo (quod dijs ha-
beo gratiam) abunde est auri & argenti. Parentes tuí
omnes habent affatim dūitiarum. Propterea si me
amas (ut amas) remigra domum, ut & tranquillus vi-
uas, & votis amicorum respondeas. Vale.

Epistola 60.

Doluit mihi quod nostrates aliqui nuper re-
tulerunt, esse scilicet nescio quem nebulo-
rem, qui quotidie me mordet, & famam
meam passim compitorum vellicat. Eum queso mo-
neas, ut (si sapiat) alio fuas cōuertat satyras, & me mis-
sum faciat: nam si cerebrū mihi mouerit, ego illum a
vertice capitis ad plantā pedis suis pingam colorib⁹.
Scio non esse sapientis iuueniles curare nugas, aut ana-
serū moueri strepitu. Quis tamē nō graue istū fortio-
lum (qui adhuc quotidie bracchias & fœmoralia per-
eacat & culcitrás omnes cum lodi cibis iterorat) sic
vnicuiq; obstrepere, nulla præfertim lacestīū iniuria,
nullo euerberatū stimulo? Hoc ego susq; deque fer-
rem, si postularet ratio. Verū quoniā sams nec etiā ly-
dum recipit: malo meis ut oppedat natibus, quā me

IO. RAVISII TEX.

naso suspendat, aut posticis eludat cachinnis.

Epistola 61.

EM nouam & auribus tuis non prius at-

R ditam affero Marce Tulli: Scribit Fabius
eos fractum iri, potius quam posse corrigi,

qui in peius obduruerunt. Tortellius tamen ille, ille in-
quam homicida Tortellius, in quo futurā probitatem de-
sperabat omnes, ad bonā frugē se receperūt, & vitā com-
mutauit in melius. Quod in tantā me rapit admirā-
tionē, ut hac in re quid dicam, nesciam: nisi Euripum
tandem posito requiescere cursu, mutatumq; vna con-
sisteret Protea forma. Nunquid enim mirum videntur
hominē illum, momento & preter omnium expecta-
tionem resipiscere: qui ab adolescētia (adolescētia au-
tem!) immo pueritia, adhuc lapsus sum) ab ipsis cu-
nis mortum improbitatē, & corruptelā cum lacte im-
biberat, & nulli non virtus fuerat innutritus: idq; adeo,
ut jacq; am de illo aleam prēdicarēt omnes, yidereturq;
Neronē propediē induetus. Quod quoniā accidit,
rediſt in benevolentia parentū. Plura scriberē, si per
comparationes liceret, quoniā autem nunc non licet:
mittam ad te das aut petendie meum milionem,
qui quae supersunt tibi apertiat interim. Vale.

Epistola 62.

Vrum est mihi studia mea interrumpere,

D quoniā tamē multis iam argumētis pericu-
lum feci, te esse ex eorum numero, qui acce-

pti semel beneficij nunquā non remissuntur, Volo
adhuc pleniorē obsequio te mihi demereri, ante om-
nia studij tuis consule, in quibus ne oleum & operā
ludas, dicam quid opus factō milii videatur. Pumū

ōmnium, eorum lectione tibi interdico, qui sexquipe
dalibus & antiquarijs quibusdam verbis ab Euandri
ſeculo repetitis ampullantur: quiq; nihil ducunt pul-
chrius aut potius, q; vt affectata obscuritate, & permis-
xtis dedita opera griplis, hiantem & ſuſpenſum te-
neant lectorem, & crucem figant studiosis. Per niteret
te lectionis huiusmodi authorum, quandiu viueres:
qui ſe operę precium feciſſe putant: ſi intioluſra que-
dam cōpegerint: quæ OEdipo cōiectore, & Natato-
re delio (vt de scriptis Heraciti dicebat Socrates) in-
digeant: quibusq; Gordij nodus, labyrinthus Dedali,
Sphyngis ænigmata, Numeri Platonici, Licopronis
tenebriæ, & Saliorum versus ſuis ſacerdotibus (autho-
re Fabio) vix bene intellexi, comparari nequeant.
Dum hæc ſcriberem, inſperata quædam moramenta
me auocarūt: quibus implicitus interturbatā epiftolā
in diem ſequentem coactus ſum protogate. Vale.

Epiftola 63.

Piftola quam heri ad vmbilicū traxeram,
E nunc ad calcē perducenda eft: quādoquidē
ocium ſcribendi liberius ſefe offert. Quod
etiam ſi non adeflet, adhuc tamē rerum tuarū vellem
ſatagere, partim amore tui, partim parentū. Quorum
precibus expugnat⁹, promiſi me aliquid quotidie ſcri-
pturum, quod eſſet tibi vſui. Quare vt intelligant me
ſtetifile promiſiſis, hominemq; eſſe, quo cum ſecure in
tenebris miſcent, plura präſtabo quam promiſerim.
Deterrebā te nuper ab eorū lectione, qui dedita ope-
ra antiquarijs ſtrepunt vocabilis. Nunc te hortor, vt
abſtineas a librorum copia, neque tam varijs authori-
bus ingenium & memoriam confundas. Nam quod

F

IO. RAVISII TEX.

scribit Fabius, Lectionum varietate refici stomachū,
& pluribus cibis minore ali fastidio, non ibo inficias;
modo tamen intelligamus hominem iam adeo in lī-
teris profecisse, vt huic labori non succumbat, & sub
huiusmodi onere vires non fatiscant, Huic vero labo-
ri quomodo poteris superesse, qui nihil adhuc, aut pa-
rum in bonis litteris promouisti? Commodius mul-
to feceris, si pothabitis illis ex quorū paleis paulum
colligitur fructus vnum tibi deligas Ciceronē, quem
semper velut archetypum feras, cuiusq; succum imbi-
bas & doctrinā. Nam & Cicero ipse, Terentiu (quem
familiarē suum vocat) semper habebat præ manibus:
Et Cyprianus diem nullum sine Tertulliani lectione
præteribat. Scipio item Africianus, Pediam Cyti de
manibus non ponebat. Quos si imitaberis, tem fa-
cies tibi vtilem, & mihi iucundam. Vale.

Epistola 64.

Vantum me pudeat puerorū nostri saceruli
Q nec tu credere, nec ego satis exprimere pos-
sem Fabuline. Per multos enim reperias in
uerecundos adeo & impudētes: vt (quāuis adhuc sīt
elemētarij & abecedarij) iam tamen plurimū sibi trī-
buant: neque asturgant illis qui veteres omne genus
scriptores multis vigilijs, magnaq; olei impenia iam
excusserūt. Nolo putes deesse mihi in hac re testimoniā,
aut me aliquid cōminisci. Nā quū nudius quartus
redit̄ Nucerio, vbi metu pestis nullib⁹ non leuientis
duos & amplius menses fueram rusticatus, obuiū ha-
bui quendā puerulū, quem quū rogassem, quo iret.
vnde veniret, & cuias esset: dicere non erubuit indi-
gnū me esse, quo cum verba faceret, Causam percur-

Etanti, respondit esse sibi circulum & encyclopediam illatum artium, quas in oratore perfecto requirit Fazbius; mihi vero tantum esse inscitiae, quantum sibi do etrinæ, ac propterea non oportere, ut inter Archadiæ pecuaria, & musas, intetq; graculos & olores aliquid esset commercij. Pueri insolentiam demiratus, fatis habui consulere, ut Antyciram nauigaret, ibiç sumpto helleboto repurgaret infaniam. Vale.

Epistola 65.

Am annis plus minus decem Grammaticos sequutus es Pauline: neq; tamē ab inscitiae tenebris pedem eduxisti. Nam quū scribis aliquid aut loqueris, tertio q:roq; verbo incidis in socratum: nescio quis excusationis locus tibi sit relict⁹, culpam non potes deprecari, si per te feterit, quo minus profeceris. Credo tamē partem culpe tuis preceptoribus ascribendam: qui prima rudimenta memoriæ tuę non inculcauerūt: quiq; te adhuc implumē ad volatū prouocarūt: & Dedalū fecerunt priuīquā eiles Icarus. Supereft tantum, vt quāuis sero, discas tamen & ad prima redeas fundamenta. Noli putare hoc tibi futurū probro, ob eratē iam prouectā: Præstat in ipsa etiānū senectute resipiscere, q; ad capulū vscq; delitare. Non pnduit eloquētię patentē Ciceronē, post multas in senatu declamationes dare se Apolonio miloni recoquendū: Necq; Octogenariū Socratem musicę vacare: nec tibi quoq; turpe videri debet, in ipsa adorselcentia, atque adeo virili aetate proficere: eaque iacere fundamenta, sine quibus corruet quicquid super extruxeris. Quod solito brevius ad te scribo, dabis veniam: nam quum has a me literas nuncius postulaz-

F ij

IO. RAVISII TEX.

ret, non erat mihi ocium ad mungendas nares. Deinceps plura scribam, interim saluebis ab amico qui commendat se tibi, de meliore nota. Vale.

Epistola 66.

A Agna posteritati sit iniuria, grauemq; iaz
M eturam faciunt bonae literæ, dum ea suptri-
muntur opera: quæ si prodirent in lucem
& euentilarentur, omnes inde frugem caperent. Om-
nibus enim exploratum est & compertum, quantum
studiosi detrimentum acceperint, in operibus Enni,.
Lucili, Cæcili, Quadrigarij, aliorumq; plurimorum
ex quibus nihil nobis præter nomen relictum est.
Non placet mihi eorum scripta circumferri aut expo-
ni vñalia: qui temere & sine iudicio scribūt, quicquid
in buccam venerit: neq; aliquid vñquam ad incudem
reuoçant. De his loquor qui quod rude pñmum pa-
riunt, frequenter postea lambunt yrsorum more, fre-
quenter incidi reddunt, & sequoram vbiique apponunt
limam: quique refrigerato inuentionis amore perpen-
dunt postea, non tanquam authores, sed lectores.
Quod te multis iam lituris fecisse, quoniam inconfes-
so est, & constans vbiique prædicat fama: cur tandem
eos retines suspensos, qui de te multa sibi pergunt
polliceri, quiq; opera tua lecturiunt certatim & em-
pturiunt? Non est quod iudiciorum aleam aut male-
dicatorum graphia reformides. Certo scio omnia ab
omnibus probatum in, quæ ex officina tua prodibūt,
quum etiā quas tumultuarie scribis epistolas, omnes
mirentur plurimum, atque adeo tanti faciant, vt rosas
loqui videare, & omnia calamistris eloquentiæ com-
pta dicere. Quare non minimo tibi daretur probro, si

omnium expectationē fraudares ac deslūtueres. Op⁹
est ergo ut parias, quod parturis iampridem.

Epistola. 67. *Ex Grecis ad amicos*

Iratus sum plerunque cur nunc bonę literę

M pessum eant quae superioribus annis tanto *T.*
in precio habité sunt: cur nunc literati nibili
fiant, qui quondam æstimabantur maximi, & habe-
bantur numinum loco. Sed nihil est quod mirari de-
beat. Quondā enim artes precio & honore souebā
tur: neque erat qui non assurget eruditis: adeo ut
maximi quique principes, lucri loco ducerēt in orato-
rum & poetarū amicitia venire, & eorū scriptis famā
suam ad posteros prorogari, & vindicari a mortalita-
te. Nunc vero quā mutata sint omnia, vidēt omnes.
Sic enim sordent & vilescent literæ, ut non solū non
faueatur studiosis: sed illudatur etiānum. Nā multo
pluris æstimātur (cur hoc relinquis inultū Iupiter) le-
rones & parasyti, qui principū aures verbis delinitat
quique fumos vēdunt, qui oleū in auriculas instillat;
quam qui plus olei quam vīni doctrinę studio cōsus-
munt. Quare non est mirum literas ipsas in ruinam
cecidisse nostro tempore, quo nec fertur literatis nec
metitur.

Vale.

Epistola. 68. *Ad amicos*

Vdio esse nonnullos, qui credulitatē multas,

A rum rerū tibi insinuāt: quiq; maria & mons-
tes promittūt: ut amplissimis pollicitationis
bus te trahāt in suā familiā. Quorū verbis delusus jā
adeo insolescis, ut te alumnū fortunæ & partū existi-
mes. Cae mi Lentule, ne eorū verbis qui hūc tibi fa-
ciunt fucū, si mīstres tibi cadat si quid tua authoritate

F iii

IO. RAVISII TEX.

feceris. Nescis philosophorum permultos cū Diogene olera lauare maluisse, q̄ cū Arystipo epulas sectari regias. Cur ita queso? nūquid libertatis causa? Utinam periculū fecilles, q̄ acerbū sit & importabile aliena viuere quadra, & alterius pendere arbitrio. Si hoc es expertus, tu libertā paupertatē opulentiae seruituti anteponeres. Vide mi Lentule, ne in eorum offensionem impinguas, qui sibi negotiū insinuāt de reb⁹ tuis. Male audies si quid feceris inconsulte. Nihil patimur tibi deeſe: nemo istic te obiurgat. Tu es tui iuris. Vivis tuis legibus. Vadis dormitū & expergisceſris, quando lubet. Ludis, coenas, prandes quū placet, Quæ omnia tibi auferētur, si te feceris merceſnatū. Adde etiam qui te accersunt, multum fortalle de doctrina tua sibi promitunt, quā si opinione repererint minorem, occasionem pretinus inquirent, qua te deſtrudant tua domo: & si nullā repererint, fabricabunt tamen & cōminſcentur. Vide qua fronte hoc perſeras, tu dico, qui ad libertatem natus es, & ægre ſeruitutem pateris. Vale.

Epistola. 69.

¶ Olebam tibi aperire, quam funesta sint omnia domini vestræ: quum tamen eius rei gratia aures meas precibus onerate nō definiſis defiderium tuum explebo. Pater tuus intestatus mortuus est Calendis Ianuarijs. Mater morbo quartanæ laborat. Fratres tui sunt podagrīci adeo, vt pedibus nequeant ſubſttere. Soror tua Lucretia est paralytica. Patrius Lentulus laborat morbo cornitali. Stasius famulus est calculofus. Neptis Eugenia venit in fufpicionem lepræ, quā arguant liuens paulatim.

ro, raucedo scabré vocis, articulorū contractio, & rube
bri quidam neui mēbris omnibus, instar bottorū in-
nascentes, Mater tera tua Julia incidit in tātam phre-
nesim, vt fanatico nescio quo errore duci, & feniū in
cornu cōclusum gerere videatur. Avis tuus intus &
in cute passim correditur cācro, neque repetiti potest
qui eius morbo medeatur. Famulorū tuorū partim
sunt cardiaci, alijs stomachici: alijs scelaci: null⁹ est quē
pre angustia non tādeat vite. Si perconteris vt va-
leat tuus coquus Taratalla, actum est de eius vita &
conclamatū. Est cadauer viuens: īā numeratus est in
peculio Proserpinę: & nauīū charonti preparat. In eo
siquidem plurima cognoui, quę evitēs mortis argu-
mentū promittunt. Nam tragulā cōplicat, dentes in
sopno collidit, mēbra p̄iāter decorē detegi nō curat,
Præterea eius labia contrahuntur, Oculi glaucescunt:
dentes albescunt plus solito: oculi ciui sūt profundio-
res quā prius extiterant: aspectū auditumq; sine cau-
sa reformidat, & semiapertis dormit oculis. Quę om-
nia signa esse mortis receptae fidei authores dicunt.
Vide ergo quomodo tā tristī spectaculo, siccis oculis
& sine lachrymis interesses. Supereſt, vt horū desti-
tutus auxilio, prudenter tibi consulas. Vale.

Epistola. 70.

On patua dign⁹ es nota: qui aspergū amicorū
N sine causa refugias, & vidēdi tui copiā nemini
facias. Quod si semp feceris: praefabīs culpā
sceleris alicui⁹, & grādis flagitiū cōsci⁹ tibi videbere:
cui⁹ horrore discedas ē medio, & latebras ingras. Qm̄
etiam i suspitionē venisti, relictis litterarū studijs vxo-
re duxisse. Qd si falsum est, caue ne fiat, te pœniteret.

F iiiij

IO. RAVISII TEX.

matrimoniū, quādiū viueres. Nā quomodo parates
tibi victū, neq; arare neq; literas noītī. Errates si qcū
sperares a patre. Si te videret manum ad stipē porti-
gēre, si sanguine flere tui, non tamen misereretur: ne-
que obolum tibi daret ad emendam restim. Non est
dissimulandum quin sit aliqua in coniugio voluptas:
sed si prospiciēter obseruaueris quam sit breuis quot
eam dolores, quāta sequatur pœnitētia, nuptias vi-
tabis cane peius & angue. , Consule Hypponaētēm,
qui duos dixit vxoris dies dulcissimos, nuptiarū vi-
delicet & mortis. Refer ad Alexandrum, qui dicit nu-
pitarum diem multorū malorum initū. Nam si pau-
per diuītem duxeris, dominā nō vxorē acceperis. Si
pauperem, onus vitæ ferre non poteris. Si turpē, do-
lebis. Si pulchrā, habebis cōmūnem. Audi quid sua-
det Cheremon, vxorē (inquit) præstat effere quā du-
cere. Interrogatus Symonides quid esset vxor. Viti
(inquit) naufragium, dormus tēpestas, quietis impe-
dimentum, vitæ captiuitas, pœna quotidiana, pugna
sumptuosa bestia contubernalis, canis ornata, malum
necelarium. Horū consilio si oculos animumq; ade-
moberis, mutabis sentētiā, & cito calculū reduces.
Debes etiā apud te cogitare, multas puellas sursum
versum videri formosas, que deorū versum:neq;
& ylceribus crurum ybiq; scatent. Vale.

Epistola. 71.

in *et* *falsa* *N.* On videatur tibi mirum si nunc præ latetia
oculus dexter mihi saliat: qui nucleus quartus
eram totus irresistibilis & agelastus. Accessit
mihi quod frequenti voto semper cupiueram. Pater
constituerat armos prius quatuor me in scholis captiuus

tenere, sed precibus amicorum (quos semper meae calamitatis miseruit) expugnat⁹, libertate & exitu mili promisit pridie Nati. do. Quod si praefliterit, deus sum. Fortuna ipsam anteib^o fortunis meis. Nunquid enim seruile & miserum tibi videtur in hac languore carnificina, in qua nullus nisi de inferedis verberibus sermo? Quales putas qui nos erudiunt preceptores? dices esse plagiarios, carnifices, & tortores vulnerarios, inter leonas, inter lupas, & tygres educatos. Si quid fortasse aberrauerimus, si tantillū oculos dececerimus, si vel vngue latum recesserimus ab eorum mandato, tota vi consurgunt in pœnam. Denudant nos a calcaneo scapularū tenus: lacerant, tundunt, mutilat, pedibus conculcant, parietibus illidunt. Nullū in misericordiam nostrā non commiscentur impietatis genus. Sola oculorum toruitate & contractione superciliorum nos adeo plærunque terrent, ut mallemus in oscullū incidisse. Quodq; summē infelicitatis & extremitate crucis est argumentū: quum in nos ita saeviūt & debacchantur: non auderemus pre metu hyescere: nec my quidē aut gry facere. Quod si addiderimus verbum: ictibus pliunt, & colaphis grandinant. Tam perimus, quā qui itugulo implicata tam habet restim. Excuterē tibi lacrymas, si cætera infortunia ad ymbilicū tantum perducerem. Vale.

Epistola. 72. *¶ mī h*

Vlti habent me suspectum latrociniū: quod M nunc seticatus appareā & purpuratus: qui prius eram mulio & auriga: neque sibi possunt persuadere tantas sine furto accreuisse mili duitias, quibus vtinam explorati essent labores, quos

IO. RAVISII TEX.

pertuli priusquam eo rerum peruenierim: non enim tam facile de me iudicarent, neq; miraretur me tam cito erectum e stercore. Quascunque habeo fortunas dijs acceptas refero: ausim tamen iuramento contendere, me meis laboribus plura multo meruisse. Nam ex quo tépore excessi ex ephebis, nō recordor diem yllum sine linea preterisse me: quod semper subiret in mētem Portij Catonis, qui detestari solebat, si qua dies per incuriam inanēs effluxisset. Natus annos quin decim seruui cuidam trapexitæ moroso supra quam sit credibile. Nam irasciebatur ob rem nihil, ob floccos, ob ynguem prae sectum. Imperabat ad noctū oculi. Connēctare plerunque me oportebat, quid digno prepararet. Si vitrum rupissem, comminuisset mihi caput sandalio. Iratus quādoq; aqua & igni mihi interdicebat. Perferebam omnia: neq; me piguit: moriens enim hēredem me constituit meorum memor obsequiorum. Quas ego diuitias non temere prodigi, vt solent plerique. Nam cōnerti me ad studia, ybi quantius adultis breui tempore adeo profeci: vt focios meos relinquerē a tergo: & multis precaliſsem parafangis, Quum adhuc essem rudis, aliquid quandoque dabam muneris doctoribus; neque me pudebat cōſulere iuniores: cur enim puduſſer, quum Socrates philosophorum optimus, a mulieribus doceari, indignum philosopho non duxerit? Diotinam appellare magistram, & Alpasiam frequentare? Hæc a te scribo Ligurine, vt exemplo mei, dominum tuum tantis obsequijs tibi demerearis, vt tuæ cōſulſat pauperati.

Vale.

Epistola. 73.

Vid habes Pauline? quid frontem caperast?

Q. videris mihi tristior solito facies tua incerto
ris promittit argumentum. Compertam ha-

beo tuam naturam. Tu in primore fronte genis affe-
ctum animi. Non consueteras hoc modo me presen-
te tristari. Secure potes acerbatis tuae virtus mihi
euomere. Quicquid dixeris, perinde ac thesaurū con-
tinebo, & fortasse dolori tuo medebor, si modo ca-
piat medicinam. Priors quam occurrebas tibi mihi ar-
ridebas, & a tertio vīq*i* iugere porrigebas dextram.
Cur sic te mutatum video? Nescio an verba mea nu-
per cum stomacho excepitis: quibus te insimulabam
pigritia: at ego aliquerum loquebar: q*uia* vt bilem tibi
excitarem. Propterea non ageres amicū: si hoc ipsum
mali cōsuletes. Quicquid dixi: prēterpropter mouē-
dam tibi choleram dixi: semper dedi operam, ne q*uo*d
detrimenti villa in te caperes. Amaui te a puero, &
molliter educaui: sive que semper mitius: q*uia* alumnū
suum nutricula: neq*ue* grauatus sum studia me sāpe-
numero interpellare, vt facerem, quē in rem tuam ef-
fent. Quare errares vehemēter, si aliā persuasōnem
indueres. Fac semper mei in te amoris periculū, non
inuenies me verbq*i* tenus amicum. Si qua re opera
mea tibi fuit opus: ad me semper velut ad anchorā
confugias: qui te amet vehemētius habebis neminē.
Verum & yolo, vt me semper candidum amicum, &
infūcatum iudices. Non sum ex ea hominū nota: qui
in hostio tantum formosi, palam blanditatur, & clara-
culum mordent. Vale.

IO. RAVISII TEX.

Redo horam illam fuisse mihi fatalem, &
C inauspicatam : qua primū Lutetiam veni.
Antea nihil mihi deerat , habebam omnia
ex animi voto. Eram induit⁹ holoserico, byslo, & dalmatico. Ne multis agam etiam totus sericatus. Nunc
vero incidi in tantam paupertatem & penuriam re-
tū: vt me oporeat domesticatim & hostiatim victū
emendicare, & manū ad stipem porrigitere. Vale.

Epistola. 75.

Villa non hora mihi caueo ab insidijs tuis:
N nam te suspectū habeo furti & aliorū scelerum: quae sunt turpissima relatu , & castas
aures offendūt. Nullū fuit mihi frequētius votum: q
vt virtutē amplecteteris: nunc vero de te nullā spem
mihi promitto, omnē in te despero probitatē. Nihil
lominus quicquid ages: caue ne īsolecas, & (vt est
in proverbio) exuum leonis induas. Erūt enim qui
retundent tibi arma, si secus egētis. Vale.

Epistola. 76.

Voniam auriculari nuper digitulo te per-
Q cussi, nullo non die (vt multorum verbis ad
me perlatum est) maledicere mihi desistis
vbiq; locorū. Quod quare facias, miror suminopere.
Ea non sunt humani ingenij mansuetiq; animi officia. Conuiciare tamen vt voles. Si īstimulaueris me
superbiae, latrocinij & aliorum id genus scelerum, nō
vorterim manum. Si animus eslet īnuriam repone-
re, & hanc tuam petulentiam retaliare, patet amplissimus dicendi campus.

Epistola. 77.

Satis superq; conspicio verissimam esse preciam, qua aduersis fortunae flatus non esse desperandum fertur, aut in prosperis mi-
tine superbiedendum. Complusculos enim videre est,
graibus infortunijs exagitatos, quos molli gremio
post paulo eadem complectitur fortuna. Contra vero
perplures non defunt, quos ab immensis opibus ad
humilem pastoris conditionem compellit. Quocircum
nosce teipsum nec tantum tibi tribuas. Vale.

Epistola 78.

Vandiu fuisti probatis moribus, & spem bonum nae indolis prete*tulisti*; rebus tuis semper
Qconsului, nunc vero quonia ablegasti virtu-
tem, & hominum expectatione de te fefelli*sti*, interdi-
c*co* tibi deomo mea. Quod minaris mihi satyras & mor-
tem, ego has comminationes non facio pluris quam
fulgur ex vitro. Si quid in me iandiu parturis, parias
quasso. Tanti facio verba tua, quanti nugas obfetri-
cum, & delirantium iam vetularum. Si nihil pendis
quod dico, multo minoris aestimo quod facis. Vale.

Epistola 79.

Ale agis & inique, si habes me suspectu ins-
Mfidiari aut alicuius in te cointurbationis. Hoc-
cine est credibile me in eum insidias para-
re velle, cui quicquid habeo doctrinæ acceptu referre
debo? Nutriuisti me a puero, fecisti ex seruo, vt essem
liberus, & quod habuisti summam preciū, persoluisti mi-
hi. Na inhumanus essem, & plane incivilis: si tata be-
nevolentia excideret animo meo, Parce queso furori,
tatisper dum rei veritas innotescat tibi clarus. Demū
si tales me repetias, quale suspicaris, interdicas mibi

IO. RAVISII TEX.

domo tua, ipsaq; adeo consuetudine & familiaritate:
nam & ero dignus tanta nota. Vale.

Epistola 80.

D Emeruisti me tibi multis obsequijs: Dij fa
ciāt, vt mihi liceat aliquando gratiā referre
& agnoscere beneficiū. Si velis fieri certior
terū mearū, cōtineo me domī, neq; ampli⁹ sequor mi
litiā, partim q̄ hæc p̄fessio nō videatur mihi magnæ
frugis, partim etiā q̄ p̄e senio iam sim emeritus &
donatus rude. Quod rogas, vt de fratre tuo bene me-
rear, eumq; ad yā virtutis reducā, illud perfectū dis-
fīcile est: iā enim adeo occuluit in sua nequitia, vt nul-
la sit spes eius reuocādi. Ad hæc aspectū meū refor-
midat ac refūgit, quāta maxima potest opera. Vale.

Epistola 81.

O Mnes habēt te suspectum eius homicidiij,
quod heri perpetratum est in suburbij, ho-
ram circiter nonam. Si res ita se habet, vite
tuæ non parum timeo. Non solum enīm vapulabis a
carnifice compitatis: at (quod longe deterius est) tra-
heris ad furcam. Vide quoniammodo effigium tibi
reperies. Nō poteris enim deprecari mortem, si quis
aduersum te sententiam tulerit. Praeterea iudices in-
stabūt, vt ratiocinetis vñq; ad asiem de pecunia, quam
vno abhinc anno temere prodegiſti. Vale.

Epistola 82.

N On est mirum si parentes ignauiam tuam
perfas, omni ope te destituerint: quoniam
(vt accepi) tu quotidie pernoctas in alia,
præterea insidiatrices quædam meretriculæ faculta-
tes tuas exhauriunt, & crumenā: a quibus nisi caueas,

non habebis tandem unde satisficias tuis creditoribus & ab eorum aere te eximas. Vale.

Epistola 83.

A Epenumero multis periculis vitam obsecravi: ut ab his te redimerem quae videbantur imminere tuo capiti. Nihilominus si quando opus est mihi opera tua, subterfugis astu te. Vttere tuis astutis ut voles, futurum enim spero, ut nihil inde fructus consequare. Ad extremum dabis poenas tuae ingratitudinis; nam non est incredibile, deos hoc scelus inultum relicturos. Vale.

Epistola 84.

Irari quidem satis nequeo impudentiam tuam. Vides corruptissimam tuam vitam probatissimis quibusque viris displicere, tamen nihil facis. Quum adhuc eras puerulus, omnes grande aliquid sibi promittebant de tua indole: nunc vero spernem omnem futuræ in te virtutis ademisti, viue tuis legibus. Scies tamē parum frugis ex hac viuendi ratione tibi futurum. Longe prudentius faceres, si eorum consilium sequerere, qui tuæ prospiciunt utilitatí. Vale.

Epistola 85.

Olenter & ægre fero, quod non facias frequentius videndi tui copiam: quum explorassimum habeas meum in te amorem. Quotusquisque amicorum tuorum prospexit rebus tuis vigilanter quam ego? Te oro vttere amico tuo familiarium. Nulla in re (quam petiueris) repulsam passurus es. Vale.

Epistola 86.

IO. RAVISII TEX.

D I immortales, quam diuersa est hominū
natura. Qui hac tempestate volunt rem au-
gere domesticam, eos oportet assentatores
esse maximos, multa dissimulare, habere animū a la-
bijs dissentientē: secus non dabitur locus, aut ratio au-
gendi facultatis. Proinde si facilē accessum velis tibi
patere ad principes: Imprimis dicendū erit vale vita
ruti, repudianda veritas, atq; etiam probandum graz-
tante & plausibili vultu, quicquid illi dixerint, aut fe-
cerint, vel si hominem interficerint. Vide apud te, an
in iusta paupertate malis viuere, an per nefas dite-
scere: potior tamen mihi videtur honesta paupertas,
quam congregatae per scelos diuitiae. Vale.

Epistola 87.

A Dimam tibi metū in quo nunc es, & exple-
bo animū gaudio: quum quid tibi dixero,
quod a recepta, fidei hominibus intellexi.
Pater tuus cōstituerat te exigere sua domo, exoraui ta-
men meis precibus, vt propositū hoc immutaret. Da
operā vt eum in amore tui contineas. Nemo est mor-
taliū, cui plura debeas, quā illi. De te (scio) bene mere-
bitur, si hominū expectationē non destituas. Vale.

Epistola 88.

V Su plētūq; accidit, vt illiterati grāmatistē
multo pluris cōstīmēt se: q; homines egre-
gie docti, & oraculū Sybillæ interpres.
Quod in te expertus sum. Luce clarius, est & vero
verius te adhuc esse elemētarīū, vixq; a tenebris igno-
rantia pedem eduxisse: adeo tamē tibi places, & blan-
diris, vt neminē p̄r̄ te ducas hominē. Quæso prius-
quā amplius intoleſcas, metire te tuo modulo. Futas

te dignum grammatici nomine, q̄ in eptas quasdam
differentiolas frūolasq; ethimologias didiceris: Hanc
lucinatis plurimum, si tam breui gyro Grammaticen
concludas: quurn oporteat perfectum grammaticum
Philosophos, Oratores, Poetas, Iurisconsultos, omne
denique scriptorum genus exquisisse. Vale.

Epistola 89.

*Requēs fuit mihi votum ac desideriū, ynis
uersam vitā in bonis literis cōsumere: at
qui nimia aut (vt veri⁹ dicā) Orbiliana p̄ceptoris
mei seueritas vſq; adeo me diuertit & abster
ruit: vt certū sit mihi Porcariū poti⁹ aut mulionē age
re, q̄ diu eam sustinere crucē. Hoc si grauate & dolen
ter terat pater tuus, consule quādo quonā modo pos
tuerit occurri, aut iri obuiā. Sum enim imparat⁹, neq;
cōsilij locū habeo, neq; auxiliij copiā, vt ait Terentius
nus ille Paphilus, nec satis cōpertū habeo, quod res
medium huic malo inueniam. Si ratione vlla fieri
possit cauere volo, nā ea res mihi sit infamiae. Vale.*

Epistola 90.

Voniam per cōctaris cōpenumero quomo
do res nostrę sele habeat, volo explere ani
mum tuū. Illud primū omniū scito, nobis
omnibus prospere esse laute & genialiter satis viue
mus. Vnum est tamen quod male nos habet: quia fre
quens est tibi cōsuetudo cum perdita nescio qua mu
liere, que facultates tuas omnes instar hyrcanis exi
git, & te ipsum radit vſq; ad cūtem. Vtinā consulte &
recta repūtares via, q̄ fraudulentē sint diabolares hu
iuscemodi meretriculæ, animū tuum (vt comīcio) ad
aliud negociū appelleres. Erit q̄ succēdeamus tibi, si

G

IO. RAVISII TEX.

in te nihil tantū semper feceris sumptū, proinde me deate huic malo, & quam poteris citissime. Vale.

Epistola 91.

In morte patris fingebas te plurimū dole: re: verū ea sollicitudo bīdū solum extitit, aut tridui:fuitq; ficta & similis p̄ficiatum lachrymis: demum defisi dolere. Tu non refers par pati, si iam parris oblitus es, qui tamen nihil vñquam tibi deesse paſlus est. Dabitur tibi magno probro, si hæc ingratitude ad aures hominum perucnerit: propterā fac, ut probum decet adolescentem. Vale.

Epistola 92.

Putas te fecisse precium opere, quod trivias les quosdam versiculos conscripsis: hisq; perinde tibi places, ac si arduum aliquod opus & Areopagitarū theatro dignum edidisses. Te oro per amicitia nostram (quæ incepit a partis cum ætate accreuit simul) caue ne sis tibi Suffenus, aut simias imiteris: quæ suos factus quālibet deformes, pro fortosidinis admirātur. Non menēte te huius rei, nisi certo viderē plus inde futurū detrimenti, quā utilitatis. Ceterū audio te quibusdā flagitijs deditum esse & procluem, a quibus pedem reuoces, te quoquo. Admodum enim difficile est, ab eo se malo extricare:cui quis ab ineunte ætate insuevit & innutitus est.

Epistola 93.

Petiui abs te decem auros solatos muneri, nulla quidem coactus necessitate aut indigentia: sed vt animum tuum pertentarem: nam (quod dijs habeo gratiam) auri & argenti est mis hi abunde. Paſlus sum abs te repulſam: quod in mas

EPISTOLÆ.

58

gnam me traxit admirationem. Hoc enim scio mē
meis in te beneficijs meruisse, vt fortunas tuas ipse
samque adeo vitam pro me exponeres. Quid polle-
cebaris montes & maria, dicebas quē me esse tibi cha-
riorem tuis oculis. Hæc cīne est illa benevolentia?
Qua fiducia id audes recusare, quod paulo ante pro-
miseras? Nunc quoniam explorata est mihi fides tua,
caue deinde ne conspectui nostro te offeras, facile ca-
rebo opera tua. Vale.

Epistola 94.

Escio vnde tibi crederit hīc factus, vt abies

N etiōne me putas, quā quo cū verba facias.

Prīmū omniū (quantū cōīcio) nō sunt tibi
plures animi & naturae dores, quā mihi. Sed vt sint,
debes propterea eo arrogatię concēdere, vt nemīnē
præ te ducas hominē. Divitiae tuæ (vt cōiectura collig-
o) hoc superciliū tibi non induunt. Nam licet patrē
habueris vt omniū hominū sapientissimū, ita locuples-
tissimū: tem tamē domesticā, iuxta & viuersum paz-
trimoniū sic prodegisti: vt parum absit, quin te opor-
teat emēdicare vīctū hostiānum. Proinde te oro nosce
te ipsum: nec tantum tibi tribnas quantū consueuisti.

Epistola 95.

Escio quanā rationē factū sit, vt in odium

N tuum impegerim: nihil me omisile puto
quod amicū fidelē déceat. Si forte conque-
teris, quod nihil pectinariū pridie ad te misericim, non
est quod conqueraris: nam ego & nostrates fere om-
nes, tanta terum omnium penuria laboramus: vt pau-
ci admodū reperiatur, qui habeant vnde vel medios
et iterū viuant. Præterea non est credibile te iam pro-

G if

IO. RAVISII TEX.

degisse, quod pridie dominice Natiuitatis ad te missus. Si quod aliud miceroris argumentum te pupugenit, maxime vellem cognoscere, ut possem resarcire & reparare, si qua per me factura tibi contigisset. Vale.

Epistola 96.

Vllo fere non die te moneo, atq; veli emen-

N tius iusto, ut proficias in bonis literis, quo tua doctrina modum aliquem reperias vivendi: nam parentes tui omnes vix habent, vnde se infios nutriant vel tenuissime. Itaque longe tua expectatione fallerer, si eorum fiducia inuenientem in tempore consumeres, & (quod dici solet) vtrang; aurem dormires oculos. Si nihil promoueris, tu solus eris in culpa: neq; enim tibi deest ingenium, nec item boni praecceptores, qui te bonas artes edoceant. Vale.

Epistola 97.

Ihil vnguam mihi respondet ex animi sen-

N tentia: nec compertum habeo vnde inauspicatum hoc malum me semper confectetur, nisi quia aurem presto nonnullis impositoribus, qui amicitiam vultu promittentes, furtim me decipiunt & verbis lactantia quibus quum volo me extricare aut reuocare, nequeo: acrius tum nititur: & dant operam, ut me trahant in suas pedicas. Quod non adeo gravate ferrem, nisi deciperer a quibusdam: pro quorum salute vitam meam multis quandoque periculis exposui. Te oro si quod huius malo remedium queat inueniri, exibe te amicum, nullum etenim habeo praeter te unum, a quo ratio meae utilitatis dependeat. Vale.

Epistola 98.

C Onsulo tibi frequentissime quoniā modo te
oporteat vivere, quibus cū versari, quos re-
fugere, quos imitari. Videris tamen partui fa-
cere quod moneo, nam nūquā reminisceris verborū
meorum. Hoc vñū certo scio: neminem vñquā exti-
tisse: qui prospexerit rebus tuis vigilatius q̄ ego. Dij
deæque omnes illum perdant pessime, qui primū te
diuertit, ne virtutē amplectereris: nam (vt videre est)
adeo te corruptī, & perditis inebriauit moribus, vt li-
berandi tui nulla spes omnino relicta sit.

Epistola. 99.

V Idcirca tibi felix, & (quod aiunt) cælū digito
attigisse: quod quadam epigrāmata & ele-
gias dederis in lucem. Putas enim te ma-
gnam ab eo mercedem habiturū: cuius nomīni opus
iōsum nūcupasti. Noui hominē int⁹ & incute, eiusq;
mores mili sunt exploratissimi. Est opulētus quidē,
verum etiam adeo tenax & illecebris, vt facilius sit,
elicere aquam expumice, quā ex eius crumenā plum-
beum nummum extorquere. Si speras blādis verbis
ipsum ambire & inescare, nihil agis. Aurē facile p̄r-
stat adulatoribus & parasytis, sed semper palpū ob-
trudit. Vale.

Epistola. 100.

Q VID habes Nucerme? dissimulas & suppria-
mis dolorem tuū quam potes maxime: &
adulterino quodam risu letitiam promittis:
est tamen aliquid quod intus te torquet pessime. Vbi
primum te aſpicio, arguo protinus animū tuum ex
ipsa fronte. Mi animule (ſi me amas) noli te macera-
re. Quum te video vultuosa facie, & obductis super-

IO. RAVISII TEX.

cilijs, lachrymis nequeo temperare. Potes citra mes-
tum, arcanum mihi tuzē mentis cōmittere. Non est
enim (quantum coniōcio) in tota mortalium vita, qui
magis honori tuo & famae timeat, quam ego. Quod
si nōdum satis explorasti, experire certius quum vō-
les. Vale,

Epistola. 101.

V Erba tua atque etiam mores magnopere
mihi placent, adeo inquā placēt, vt increa-
dibilis voluptas accrebat aio meo: quum
iucundissimo tuo aspechtu frui licet. Aliquātulum ta-
men displaceat immoderata loquacitas, nec mihi tan-
tum: ut etiam plārisque magna celebritatis hominib-
us. Si velles aurē p̄s̄tare meo consilio, parcias la-
quereris. Nā magna est heroica homini virt⁹, lingua
cohibere, in cōiuīs maxime, ubi quū quis impudē-
ter loquitur aliquid aut inconsulte, non caret ebrietatis
suspicio. Aperte omnia dico, bene enim mihi
promitto de tua benevolētia iuxta & humanitate, vt
existimem te æqui bonique cōsulturū, & nō laturum
ægre, vel si acerbissime te obiurgauero. Vale.

Epistola. 102.

D Ici profecto nequeat, quā dolenter & ægro-
biterū quod toto triēnio quo Lutetiā bas-
bitas ternas tantum literas ad me miseris,
& eas quidem breuissimas. Quid: quo tempore disce-
fisti a nobis, iurabas te scripturū vno quoque mente:
vide quomodo cōstiteris tibi. Nā tu es egregie ma-
lus, dignusque multis plagis & cicatricib⁹: quod iam
memoria tua exciderint, qui rerum tuarū semper &
ybique sategerunt. Emoriar, nisi te peniteat tuzē in-

gratitudinis. Si vñquam videro te ad eā rerum inopiam redactū qua aliquando elaborast mons miserebor tui vel si sanguine fieuferis. Vale.

Epistola. 103.

Emo est qui te nimis temeritatis nō arguat

Nq; adeo superbe & elate respōdeas senatorib; Nec iniuria sane. Periculorum est enim in eos temere murmurare & obloqui, penes quos vitæ nostræ iuxta & mortis pendet potestas. Iam hoc idem tibi p̄dixerā ante paulo, quā discenderes a me. Te oro si antehac imprudēter vitā institueris, vt post hac in teipsum descendas, & tuo te pede metiaris. Quicquid dico sine felle dico, nam quāvis infia meatum, & citra quā debuisti mæcē in te benevolentie responderis: non possum tamen nō beneuole te horzari. Quum nuncius tuas ad me literas desceret, non perget amplius ad antiquū meum domiciliū. Nam habito e regione Gymnasi Nauarriensis: ubi nemo est qui a secundo iugere mihi non assurgat, ob eā doctrinā & virtutis opinionem, quam de me conceperunt omnes. Vale.

Epistola. 104.

Vit nescio quis apprime tibi familiaritis: qui

Fvitam tuam omnem ab ipsis (quod aiunt) crepundijs mali enarravit. At nihil vel modica dignum de te gloria intellexi, prēterq; quod abstemius vivis. Nullo fere non die aleam protrahis in medianu nocte. Supra modū & messem quā sumptū facis, & ultra quā tui parentes opinētur. Fieri nequit quin pessime tibi vertat, si voluptatib; semper indulges, vt hactenus cōfueristi. Non ignoras te Lutetiam

G illj

IO. RAVISII TEX.

profectum esse, præter propter voluptates & ludos.
Non respondeas parentum de te opinioni: & meā ipsius spem & fellisti maxime. Hucusque menti de te supraquam debui; amauī te ultra quam tibi persuaderas. Verum nisi ab huiusmodi vanitatibus pedem reuoces, ego relinquam te omni ope destitutū, & interdicam tibi domo mea. Vale.

Epistola. 105.

Tinam esse miti ocium ab his occupationibus,

V quæ me nulla non hora interturbant, & fere obruunt. Facerem ut intelligeres, quantum nomini tuo tribuam. Aliquot abhinc dieb⁹ misi ad te nonnihil pecuniarum plus multo prope diem misurus. Vtrum autē acceperis, necne, clam me est si non acceperis, per me non stat, dedi enim cuidam hominī, qui probatae admodū fidēi mihi videbatur, atque etiam dignus quo cum in tenebris tuto & citra scrupulum micare possem. Porro desine quælo litigare cū ligario. Certius & exploratius nosti hominē: quam vt depingi tibi debeat. Mores eius domelice tanquā tuos vngues tenes. Præterea vulgo dici solet, gallinaceos in suo sterquilino plurimū valere. Si vni co verbo saktionē cum eo suscepferis, fretus parētum fiducia, interficiet te. Cæterū si Codrus domū tuam se contulerit: caue maxime ne eum intromittas. Secus si feceris, te pigebit facti. Nam prima (qua tecum iazcut) nocte, pannos, culcitram, puluinar, locidē, suppedaneum, brachas, coihurnos, soccos, cæteraque id genus vestimenta (honor fit auribus tuis) turpislime percacauit & stercorauit. Vale.

Epistola. 106.

P Ut abam eum animi candore esse tibi cons
genitum, ut nunquam velles aliquid in me
traudis cōminisci. Vbi cutique enim occur
rebat tibi, tu pellace vulge benignior blādiebaris mi
hi & atridebas. Nūc vero aperte video, te hominē ef
se fraudulentū, & nigra (quod aiunt) cauda: atque ani
mum habere a lingua & labijs dissidentē, & procul
remotum. Nā quum pericula multa me circumstete
runt, non solum non subuenisti amico, at etiam de in
dustria nocuisti. Nunquā per deum Herculem quies
cam ex animi sentētia, quin te cumulatissime, & cum
multo fōnore retulaneto. Quinq; anni jā præterie
runt, ex quo abunde, & ambabus (vt aiunt) manibus
omnia tibi suppeditauimus: at si te oporteret vīctum
emādicare, non extorqueres a me nūmum plūbeum
ad emendam restim. Vale.

Epistola. 107.

Q Votidie fere cōueritis omniū in te oculos, q
sericatus appareas, superbiusq; induaris: q
ut fortunā tuā & facultatē deceat. Et (quod
est extremū dementiæ) quod omnes vertunt crīmī
ni, tu laudi tribuis. Legistine vñquā hominū incōfusa
tissime probro datū esse Quinto Hortēlio oratori: q
composite circumpecteq; & multa cū munditia indu
tus es! Tu capillos vnguento delibutos pectis ad
speculū. Unico digitu! o (quod aiūt) caput scalpis. In
finescīs lecticā & plumis Sardanapali. Oculi tui sunt
ludibriū & ebrioli: manus inter agendū gesluose. Pa
tas hēc omnia carere suspicione mali: quod per fōdi
tē nominare nō licet. Si me amas, & honori tuo vi
pspicere: abstineas a nimia illa corporis elegātia. Vale,

IO. RAVISII TEX.

Epistola. 108.

Olus sum quem diligunt Diij immortales: si
nulla ægritudo voluptatibus meis intercesserit. Pater meus (quod Dijs habeo gratiā) prospere se habet & pugilice. Mater abunde pecuniarum mibi attulit. Quid quæā expectare maius aut felicius? Si forte fortuna aliquis me morbus inuaserit, sub manu & dicto citius præsto aderunt infiniti medici, qui morbo meo medeantur. Vnum tamen est dūtaxat: quod me excrucias miserrime. Ego sum plane ignarus: literas ne a limine quidē salutari, aut primoribus degustavi labijs: hoc si carerem infornatio, ceteros mortalium præ me uno infelicissimos crederem. Vale.

Epistola. 109.

Vm quid scribis, opera tua tibi rident adeq.

D & blandiuntur, vt digna protinus existimes
quæ & euētilari, & in luce prodire debeant.

Qua in re non parū timeo ne sis tibi Suffenus ac simias imitere: quæ suos fortis qualibet deformes, p formosissimis admiratur. Si saperes, ab alieno potius arbitrio penderes q̄ tuo. Caue ne his aurem prebeas, qui te magnis laudibus palam effuerunt, omnesq; latitare lingue principes præ te vno rudes & agrestes esas se prædicant, clam vero medio te monstrant digito. Fallaces hoc genus parasyti perbelli tibi impouunt, & te molliter inescat: vt aliquid semper trahat in suā naſlam. Finē faciā huic epistolæ, ne verbis meis deafatigatus pertedreas: quāvis iusta te obiurgatione incessam. Si percōtaris vt valeam, bene sane. Nulla est ægritudo, quæ animi mei feueritatē obpubilet: præ

tertuam illam cæcitatem. Hoç si abefset malum, cæc
tera lætus essem.

Vale,

Epistola. 110.

Ntea quum accerſebā te domum meam, &

A tertio (quod dici solet) iugere & stadio mihi
bi arridebas, eorum oīno ſimilis, qui in ho-
ſto taurum ſunt formosi, videturq; pellace vulpe be-
nigniores. Ne multis agam, adeo blādiebaris, vt in-
dubitate fide omnia de te mihi promitterejn. Nunc
tamen aperte video te ex eorū elle numero, qui mō-
tes & maria pollicētur; demum vbi res ipsa poſtulat,
nil omnino preſtant. Ablūnc paucis diebus te oraz-
ui; vt aliquid contra ius & contra æquitatem ageres,
vt eximeres me a periculo quodam: quod iminebat
capiti meo. Respondisti nulla omnino de cauſa decli-
nandum eſſe de via, etiam ſi amici crebris eſlagita-
runt conuicijs. Sed dic mihi hominū equissime, vnde
noua iſtēc religio in te incellit & laborta eſt? Chilo
preſtabilis homo ſapiētia, nūquid conſeruādi ami-
ci gratia falſum dedit consiliū? Nūquid & Pericles
poſmit ſe accōmodaturum amicis vique ad aras?
Sed de his haſtentus. Si quando acciderit tēpū quo
indigas opera mea, tu talionem accipies.

Epistola. 111.

Cnge tua te fallit opinio, ſi putas nos auli-
cos exeteris mortalib; eſſe ſocliciores. Nos
quidē laute & genialiter viuim⁹. Habetus
ſedam diuitiarū, in cuius uir byſlo & purpura. Superz-
be & plus j tragicē incedimē palā populo. At nūlti
forūleus magnā p̄ce ferunt & promittūt opulē-
tū, quid⁹ res eſt augeſia domi & curta ſupelleſx. Alij

I O. RAVISII TEX.

vsque adeo obruuntur ære alieno, vt ipsam quoq; debeat animam. Præterea putas ne sub elegantissimis nostris tuniculis multam fordem quandoque delitescere? Plærius intus & in cute a calce ad verticem capitis sunt scabiosi. Alij omnino podagrici, & mēbrorum impotes: & (quod in maximā miseriæ partē responso) viuendū est nobis non arbitrio nostro, sed aliena (vt aiunt) quadra. Si quis nostrū in morbū quamlibet granem incidenterit, nullo penitus indicio dolorē suum audebit exprimere: ne rideatur vt mollis & effeminate. Præterea (si me audis) noli cōmitare solitam tuam professionem. Vale.

Epistola. 112.

Onquereris & plus nimio, & nudius quartus C breuem quandam pecuniam amiseris: quod me maxime reddit mirabundum, cum p̄fertim leuis & impenitenda sit iactura, & quæ nullo ferè labore compensari queat & refarciri. Studerem tibi dolorem hunc excutere, nisi vereter mea verba tibi fore irrita. Si velis rependere hoc detrimentum, quare non reuerteris ad pristinam professionē, quum p̄fertiā ea sit quæstuosa & exploratissimæ comoditatis. Aliud est, quod te monitū velim. Quum quis in odium tuū impegit, in eum protinus ructas, & euomis quicquid in buccam venit. Contra vero quum quempiam amicum tibi delegisti, prima statim fronte patefacis intima tuæ mentis arcana. Te oto ex consilio Ch. lonis, sic ames tanquam aliquando osurus: hactenus de num oderis, tanquam postea amaturus.

Epistola. 113.

N Aprico nuper quiescebamus ego & pa-
I ter tuus. Quum autem vna fabularemur,
 accessit protinus nescio quis nuncius agre-
 stis, plane & inelegans: qui prædicabat se familiarissi-
 mum tibi fuisse, & eidem præceptor i operam dedisse.
 Propterea percontati sumus ut valeres atque in lite-
 ris profecies. Respōdit ille te mortalium omnium
 pigerrimū & (quod aiunt) Epimenidis sopnum tuæ
 indormire negligentie. Id vbi primum pater tuus in-
 tellexit, turpibus in te verbis, & indignis relatu tem-
 perare non potuit. Si vis ut eum in amorem tui reuo-
 cem, expurgiscere & ab eiusmodi nota quam maxis-
 me poteris caue. Vale.

Epistola 114.

C Ontrabis tibi pessimum nomen, quod ni-
 hil habeas frequentius in ore, quam verba
 obsecra, & que castas aures offendunt ma-
 xime: & (vt nihil dissimile) non defunt, qui ex ea pro-
 lacitate lingua, & illoto sermone mores tuos arguat
 & metiantur, dicantq; vitam ipsam orationi respon-
 dere. Non est q; mihi succentreas, si te benebole &
 amice corripiam: quoniā nostræ omnium aures iam
 calent turpissimo illo rumore, qui passim de te circun-
 fertur. Cae tibi, nam si nota illa diutius increuerit,
 nunquam eluetur: & tuipse vix poteris in bonam vul-
 gi opinionem introrepere. Nemo est parentum tuo-
 rum, quem tantæ non pudeat turpitudinis. Et certe
 periculum est, ne turpissima tua vita deliniant haberi
 in precio. Vale.

Epistola 115.

IO. RAVISII TEX.

Ater tuus grauiter & iniquo animo tulit, qui
P auditierit nullum esse tibi frequentius vo-
tum quam vt vxorem ducas: nec dubito
quoniam pessime tibi vertat, nisi enitaris qualicunque; astu
irreperere ad demerendam eius benevolentia. Sed dic
per deos omnes, ynde natura tibi incessit mutandae
conditionis defyderium? Non ignoro multas esse in
tua professione miserias: verum haec majoribus emos-
lumentis pensantur, & obliteratur. Ea causa ad te scri-
bo, vt te ab proposito diuertam & absterream: certius
enim quam tu video, quantam facturus sis iacturam,
si ab eius mandato vel vnguem latum recesseris.

Epistola 116.

Lim quum quid ad me scribebas, epistolæ
O tuæ legebantur palam, & sine villa vicij sus-
pitione circuferabantur. Nunc vero quum
quid scribis, manifestatus error tertio quaque verbo
deprehenditur. Qua in re homines non solum mul-
ta lectione exercitati, at etiam tenues, & obscurio loco
nati te derident: neque est quisquam aure adeo stulta
& iacenti: quin facile perspiciat, & animaduertat hanc
inscitiam. Timeo ne longa studiorum desuetudo, hac
barbarie te contaminauerit. Si velis redire ad inter-
missionem, interruptumque, & interpolatum calorem, erit
quod speremus te non nihil profecturum: at si diutius
insueueris huic negligentiae, iacta est alea, nos te omo-
nino desperamus.

Epistola 117.

Vlti & sapientia & autoritate prædicti, con-
M queruntur saepenumero de quibusdam scio-
lis, ineptulisque & diobolaribus grammatisistis

qui pedibus (quod aiūt) illotis, ad sacrosanctas legum & Philosophiae disciplinas divertunt: aut frequēibus auditorijs palam profitentur, quum tamen nihil vñquam bonarum literarum nisi forte in transcurſu, degustauerint. Sunt etiam (proh Iupiter) qui Platonem legere velint, non yit ornāde sed lingue orationisq; commendā gratia: nec yr modestiores frant, sed lepidiores. Utinam utinam iactanticuli isti nebulones nugarum tenus docti inniterentur vestigijs discipulorū Pythagoræ, quorum nemini prius licebat, aut commentari, aut verba facere, q̄ factus esset eruditus silentio. Horum igitur periculo tibi megnopere cauerendum est, ne conicēdas altiores disciplinas: quæ & ingenij & doctrinæ captum longe exuperant. Vale.

Epistola 118.

Oltre iampridem, atque indies ingrauescit

D animi mei regritudo: q̄ yniuersum patimoniū vix toto vertente anno prodegetis. Pater tuus nunquam minoris cognovit quam decem aureis: nunquam minoris habitauit quam decem millibus aureorum. Tamen ex tot tantisque opibus, quas reliquit moriens, vix superest vrceus, aut fictilis lagena. Sed certe nil mirum, yili enim vendidisti, quod magno cmerat. Multi me præsente fluitatæ & insimularunt: semper tibi patrocinatus sum: sed noli deinceps expectare patrocinium meum, dum te videro immutatum.

Epistola 119.

Videris ex eoiū esse numero, qui quantum nihil refert pudent, ubi vero pudendum est, tunc eos deserit pudor. Nudiusq; quā

IO. RAVISII TEX.

in simulauimus te ignorantiae, protinus demissa fronte erubuisti. Vbi vero adulteria tua in medium protulimus, culpe tuę patrocinari coepisti: tantum abeisti, ut pœnitentia ducereris. Mitor quafronte tot probrosas de te contumelias perpeti positis. Bis ad subfelliū iudi cum tractus, extrema stetisti fortuna & ita discessisti: non quod innocēs credereris, sed ne indices peieras se diceretur. Caeu ne diuina vltio (quę lento gradu ad vindictam sui procedit) ampliori exitio te reseruet, tarditatemque supplicij gruitate compenset: multis enim fortuna patit in p̄xnam, & quem s̄epe casus transit aliquando inuenit ut inquit ille. Vale.

Epistola 120.

f. c. 120 Rater tuus publice profitetur AEneidem
F Verg. magna doctrinæ suæ ostentatione:
vtinam tanto auditorum fructu & plausu.
Non satis scio, quam gratiam inde relatus sit, nihil
lominus tanta est discipulorum nostri temporis in-
gratitudo: vt vbi primum discesserunt a conspectu
præceptorum, statim oblitiscantur veteris beneficii:
neque agnoscant per quos profecerint. Expertus &
sciens loquit. Multi enim ex officina & ymbraculijs
meis prodierunt, qui nunc me nihilo pluris æstimant,
quam porcarium aut mulionem abiectissimum. Qui
de ingratis bene merentur, hoc frugis referunt. Ceterum,
quod me consulis, an debeas aulicam sequi vi-
tam: si me rudit, immorare solitę tuę professionem: nec
induas tibi aureas illas & fucatas compedes. Melior
est enim libera paupertas, quam vel opulentissima
scrutus,

Epistola 121.

Quoniam te obiурgo, & impietatis insimulo ꝑ
tarissime proficiscaris ad templum, culpam
tuam excusas, causarisiq; te esse podagricū.
Eo modo proxime atque tu aut etiam æque (vt iuxta
mecum, ipse nosti, labore: neq; tamen mihi satisfacio,
aut apud me conquiescere possum, quin tertio quoq;
die templum adeam, votivas preces deo immolatu-
rus, persoluturus, & oblaturus. Nemo est æque sper-
nendus, quam quum pietatis obliuiscitur, & religio-
nis. Amo te plurimum, nec hodie vivit quisquam mi-
hi amicior ac tu. Nisi tamen perspexero te alio inge-
nio atq; olim fuisti, fieri vix poterit, quin amicitia no-
stra refrigerescat & minuatur. Vale.

Epistola 122.

Verum est quod scribit Lucanus. Nescit plor-
es ieuna timere. Quoniam magna est res
rum omnium penuria, & incredibilis anno-
 næ caritas, multi qui labore & questu suæ professionis
quæritare sibi victum nequeunt, coguntur ad latrocis-
nia & expilationes diuertere, aut viatoribus infidias
moliri: licet certo videant se suspensum iri, si corripian-
tur. Sed quid facias, famæ est adeo intolerabilis, & ma-
lesuada, vt ad quodus discrimen vitæ preferendum
propellat. Ego & aliquot alijs nuper ibamus rustica-
tum colligendi animi gratia: vix aberamus a Lutetia
iter quinque stadiorum, quum ibi protinus quatuor
sanguinarij gladiatores in dumis & vepribus delite-
scentes, in nos præter spem impetum fecerunt ani-
mo maleuolo & gladiatorio quibus nisi intrepide &
aperto marte testitissimus, actum erat de nostra omo-
nium yita: nec tamen vsque adeo vitam tutari valui.

IO. RAVISII TEX.

mus, quin unusquisque nostrum aliquod vulnus accedit. Hoc innuit eos non satis prudenter sibi consuleat qui foras proficiscuntur soli, nisi suprema quædam necessitas adurgeat.

Epistola 123.

Incredibile videndi tui desiderium iam præ-

I dem me tenuit: adeo ut nulla nox prætereat, quin imago tua oculis meis obueretur & oberret. Et si licet citra vnum discrimen ad te commigrare, commigrarem protinus: viamq; ipsam (quod aiunt) raptim deuorarem. Sed multa sunt, quæ ab hoc animi mei desiderio me remorantur, & auocant. Nam præterquam quod ægre hodie & difficulter viuitur ob magnam annonte caritatem, multi vbius locorum repertuntur milites, aut (ut verius dicam) gladiatores. Literis tuis scire velim quonam modo viuant vestras. Nam qui apud nos degunt, multis miserijs & calamitatibus obruiuntur. Et nisi dij immortales res nosstras clementius intuantur & custodiant, periculum est, ne iniquissime nobiscum agat fortuna. Vale.

Epistola 124.

Iberares hanc urbem magna fece & perdidi-

L torum hominum colluvie, si eos tecum foras duceres, qui nullo non die de nostro omnium interitu cogitent & machinentur, atque etiam eorum saluti fortasse prospiceres: nobiscum enim diu tuis versari nequeunt, qui vitæ omnium & ceruicibus parant insidias. Et si qui forte fortuna remanserint, obseruabuntur vigilansime, multisque præsidij opribentur, ne commouere se contra tempub. possint. Nemo te habet suspectum coniurationis. Si alienus

Es animus tuus ab hominū expectatione, muta mentem, mihi crede. Etenim tenebris vndeque & luce clariora nobis erunt consilia tua omnia.

Epistola 125.

Vob ad me tribus abhinc diebus misisti opus, formosum fatis & elaboratum superne mihi vatum est: ipsumque (ni fallor) grande aliquid profitetur, & inauditum. Vereor tamen, ne non sis ubique similis tui. Si me audis, caue ne quid facias Horatiano monstro simile, ne ve vim & alterum assumens pannum, ad intempestivas digressiones prodigaliter euageris. Labores enim risuui tenebre nequeunt, quum quis ab ipso principio verbis sexa quipedalibus ampullatur: demum remillo, & languente paulatim stylo serpit humi. Stude breuiter quanta maxima poteris diligentia, modo tamen propterea non fias obscurus. Caue ab ampullois illis & confragois dictionibus, sed eatenus, vt propterea nerui & animi non deficitant.

Epistola 126.

Antorum scelerum te notant omnes, vt si vera sint quae de te passim praedicantur, sperem te prope diem damnatum iti capitis. Nemo est quem tuæ turpitudinis corruptissimæque vitæ non pudeat: ubi tamen tuæ salutis quis te monet, verba fiunt mortuo: nihil mea refert fatigere rerum tuarum, quum tamen reminiscor periculi cœrui tuæ imminentis, non possum non misereri. Quum ad iudicium subiellia protraheris, tuorutique vis

IO. RAVISII TEX.

ciorum accusabere, inficiare quantum voles, verba tua non habebunt fidem præterea facilissimum erit te concuincere, pridem enim facta tua turpissima omnibus innotuerunt, & venerunt in apricum.

Epistola 127.

Ater tuus ægre satis & indignanter tulit,
P quod audiuerit te bonam ætatis partem con-
triuise in humanis & politioribus literis, in
quibus nihil est omnino frugis, nullum penitus emos-
lumentum, sed ille statrices tantum, & velut quædam
verborum meretriculæ, que nihil aliud prosunt, quam
aures titillant, & inebriant. Certius nosti, quam ut mo-
neri debeas, quam curta sit domus yestra supplex.
Non est quod a patre amplissimas diuitias tibi polli-
ceare, nisi tua vnius industria tibi ipse fabrices fortu-
nam. Quare si lapis, cōuertere animum ad alias artes.
In his enim tibi nec leritur, nec metitur. Quod autem
scribis, & prodito quodam nebulone, qui passim tibi
detrabit, vis audire quid sentiam? Bibe surdis auribus
omnia eius coniicia, patere etiam si tuis oppedit naz-
ribus. Si enim velles eum retaliate, & eadem repercu-
tere maledicētia, periculum esset, ne insanum eum red-
deres, qui tantum despīt.

Epistola 128.

Ridie quum redijsti Lutetia, putabas amiz-
P cos omnes obuijs ylnis tibi gratulaturos,
tuumq; aduentum admodum plausibilem
fore. Nihilominus nemo omnium repertus est, qui tibi
arriserit, immo vero cachinnum sustulerūt omnes.
Causam si percontaris, non pudebit dicere. Eo te mi-
seramus, vt in bonis literis proficeres, quam tamen de-

te conceperamus opinionem, se felisti. Semper enim
porrectis (quod aiunt) dormiisti pedibus, & in utrā-
uis aurem: nec prima elemēta didicisti. Si hoc feceris
fiducia nostrī, erras haud dubie. Non enim mouebi-
mur tuis infortunijs, vel si fleueris sanguine. Vale.

Epistola. 129.

Ollicebaris mihi mercedē amplissimam, si
P doctrina mea ab ignoratiæ tenebris te edu-
cerē, non pepercī labori, docui te quāta ma-
xima potui diligētia, adeo vt iam p̄aelectore non in-
digeas, possisq; (vt aiunt) nare sine coruce. Antea dis-
stuli mercedem meam reposcere, q; fortuna tua vide-
retur mihi exilis & modica. Nunc vero opes tuæ cre-
uerunt, omnia tibi suffpetunt ad votum, & vi: gula
(quod fertur) diuina. Quid igitur causæ est, quam ob-
rem nō reponis beneficiū? Arrogas ne tuæ vnius vir-
tuti, si quid in bonis literis profeceris? Ista tua in graz-
titudo non adeo esset intoleranda, si quam rerum pa-
tereris penuria: at (vt iam dixi) habes omnia ex animi
sentientia, tu es velut bos apud acerū; metis circa arat-
tionē, citraq; fementem. Non satis aperte video, quo-
nam modo culpæ tuæ patrocinari possis.

Epistola. 130.

On parū mihi displicuit, q; heri in quodam
N conuiuio inuenarteris verbis impudicis, cre-
paresq; immunda & relatu turpisissima. Sed
tua ista culpa non omnino caret venia, putabas enim
fortasse id ab omnibus laudatū iri: quod a quibusdam
abiectissimis homunculis, cicerisque, & fractæ nucis
H uj

IO. RAVISII TEX.

emptoribus cōprobatur. Diu satis despiciisti mea quidem sentētia: nunc tibi relinquēdæ sunt nuces. Sudābis fateor non parum, prius q̄ priscum illum viuendi modum dedidiceris: at vbi desieris aliquandiu, nihil erit factū facilius. Vale.

Epistola. 131.

Onui te frequētissime, vt relictō studio poes

M tico ad orationē solutam animū conuertas: nam versus tui quotquot scribis prodeunt inuita (quod aiunt) Minetua, & musis collachrymantibys. Nihil est penitus frugis, nihil quod vel tātillum farnæ tibi comparer, quin potius facis te publicam & cōmūnem vulgi fabulam: adeo vt iam notissimus apud omnes inualuerit rumor; te esse velut asinum ad lyrā. Multo prudētius ageres, si tuo te pede metireris nilque non æquum viribus tuis assumeres. Vale.

Epistola. 132.

Nsolentiam tuam satis ridete nequeo. Pas

I ter tuus parētesq; omnes pauperissimi sunt nudi tanquam ex matre (vt aperte noſti) vitium emēdant hoītiationem, manū ad ſlipē porrigit (paucis) non habent vnde testim emant. Tu tamen loci natalis nullam penitus habens rationem, superbis, non aliter q̄ si elles rex tragicus. Cui animi & capitis tui morbo quomodo pollit occurri, non satis video. Quum enim viri prudētes rerum tuarum volunt satagere, & suadere quid factū sit vtile: aures occludis, perinde ac si per te fatis faperes, ellesque remotus ab omni vicio. Non adeo vicijs tuis offendetur, ſi pauca efflent: at tam multæ flagitiorum species vitam

tuam contaminat: nyt nullus relinqui possit veniae
locus.

Epistola. 133.

Emper de te bene merui, speras te aliquan-

S do fore frugi hominem, censore inque omni-
nium: at spes omnis futuræ in te probitatis
omnino adempta est. Nam (vt audio) bona iuuentu-
tis partē stolidē cōtriquisti: dilapidasticq; vniuersum pa-
trimonium in alea, frivilis, & sphæriferis. Si essem li-
ber laborum qui me nunc circumstant, & opprimunt,
ad te quam citissime cōuolarem, via ipsa (vt cum Sy-
donio loquar) deuorata idque sum facturus, dum per
occupationes licebit. Quod si rem ita competero, vt
communis prædicat fama, scias animum meum fore
multo remissionem, legiusque in tui amorem quam
prius irritatum iri.

Vale.

Epistola. 134.

Vum quid scripsisti, soles me adhibere iudic-

Q cem tuis operibus: at dum suadeo vt ambis-
tiosa recidas ornamenta, reddasque incidi
qua non bene tornata sunt, & polluta: mavis defen-
dere delictum, q; inuertere. Propterea ames te & tua
fame riali, nullum enim verbum assūmā ultra. Quod
autem percontaris, quid hic rerum agatur: Res cre-
ditu difficultis, & maximum risum tibi excitatura,
nonnullis diebus accidit. Lentulus qui genialiter
adeo & luxuriose prius viuebat, quique omnia proz
digebat per luxum, nunc auarus usque adeo factus
est, vt inexplibilis sit eius cupiditas. Nunc quoniam
non suppetit oculum scribendi pluribus verbis: qui

H iiiij

IO. RAVISII TEX.

has ad te defert litteras, totum hominem suis coloribus graphice depinget. Vale.

Epistola. 135.

On parum mihi displices: nec mihi tantum,

Nat his omnibus, qui tecum aliquando versati sunt, quod sis adeo pradigus verborum, ac in tuam ipsius laudem prop̄fus, & procluīs. Ante omnia, pessime audis, & magno pbro tibi vertitur, quod patlam te predices bellicosum. Comminatis egregie: verba tua nihil non martium spirant: at si quis te aggrediret, fugā protinus atriperes: totus animus tibi in pedes decideret. Quod qui norunt, temperare nequeūt a risu, quum audiunt has inanes de te gloriolas.

Epistola. 136.

Cn satis scio qua causa amicitiā contraxeris

Nris cum Cornelio Dolobella, aut vnde frequens adeo familiaritas tibi cum perditissimo illo nebulone, & (quod aiunt) terrae intestino, intercederit. Qui vt aperte nosti, & patrimonio, & gentilicis hæreditatibus multatus est ob infinita flagitia: quibus ab ipso iam tum infantia fuit innutritus. Corruptam adeo egit iuuentutem: vt se penumero ad subfella iudicum pertractys esset, & in extremā stetitisset fortunam, nisi pecunia se redemisset ab inquisitoribus. Vbi vero ad virilem peruenit aetatem, nihilo se cunditore, immo vero deteriore fama vsus est. Vnde nunc quoq; (vt plane vides) discedere e medio, & (quamquam morbo quartanæ aggrauante) per singulas noctes latebras commutare cogitur. Potuisse versari cū eo si libuisset, at semper ab ei⁹ societate ab-

EPISTOLAE.

61

stinui, licet quotidianis fere precibus inuitarer. Vale.

Epistola. 137.

Vnde patria Lutetiam te contulisti, simul
Q ad declinandam perditissimam quotundam
nebulorum inuidiam, qui te oderant, quiq;
per locum nonnunquam tibi comminabantur: para-
tim etiam, ut per ocium & requiem Apollonio Mo-
loni clarissimo dicendi magistro operâ dares, factum
tuum probo. Nihilominus, velis nolis redreas oportet.
Nam res vestræ domesticæ pessime se habent, &
iam eunt pessimi: nisi per te unum tantæ occurras ca-
lamitati. Turpissimum tibi eslet in amicorum discrimen
decidere, patris præsertim, cui fortunas tuas omnes,
ipsamque adeo vitam debes cum anima.

Epistola. 138.

Amiliaris ille tuus Gellius mortalium au-

F rissimus, diues est quidem, at eius omnes dis-
uinitæ & occulto foenore creuerunt, & rapi-
nis. Ut paucis omnia complectar: est bipedum omnium
nequissimus, quosq; terra sustinet sceleratissimus, vt
de lugubriha scribit ille. Vlq; adeo tamen hominem ipsu-
sum diligis: vt in eius verba iurasse videaris. Si velis
aurem comodare culturæ, facile te diuertam & reuoca-
bo: at si omnia priua auctoritate velis agere, ego te re-
linquam, & nullum faciam, vt adolescentem perditum &
michi desperatum. Vale & probe monentem sequere.

Epistola. 139.

Ibil unquam tentau aut molitus sum, quin

N optimates & ditissimi quiq; frequentes & ob-
stanti confluxerint ad resistendum mihi, nec

IO. RAVISII TEX.

Vnquam desierunt præpedire , quicquid quod mihi
eſet voluptiferum, peripexerint. Proinde constitui in
relicuum tempus abſtinerē curia. Nam etiam lites il-
læ forenſes mactum me faciebant, & extenuabant pe-
nitutis. Præterea quid amplius optandum eſt mihi, cui
jam contigit abunde , quod ad viuendum laute ſatis
eſt? Qui ſunt inexplebiles, & nullum ſujs votis finem
præſcribunt, paupertimi videntur, hiſq; multo info-
lioces, qui viuctum emendant. Vale.

Epiftola. 140.

I fortuna ad animi votum mihi arrifſſet,
S ab humili priuataque conditione ad am-
pliſſimos honores potuifſem peruenite.
Nam populi multitudo ſemper mihi fauit, & ad me
confluxit yltro, operam ſuam in omni re promittens,
Soli diuites, aduersarios & propugnatores ſe præfi-
terunt . Quorum decreto ut priuatum comperti para-
tos eſſe , qui vi ac per arma me corriperent, ſententia
mutata pro temporum conditione quieturus ſum.
Erat in manu mea terrorem maximum eis iniſcere,
at fi hoc feciſſem, incredibilis inuidia me in posterum
mansifſet. Vale.

Epiftola. 141.

Omelius quo cum tibi familiaris eſt & fre-
C quens conſuetudo , nuper tractus fuifſet in
carcerē, niſi ſponſorum interuenienti ſe a credi-
toribus redemifſet. Qui, vt eum exiperent ſuas om-
nes fortunas, ipsam & adeo vitam cum tota ſuellez-
etile voluerunt oppignerare . Heti tamen abiit per

EPISTOLAE.

62

posticum furtim, & insalutato quidem hospite. Incertum metu ne noui discriminis, in quo maturius subueniret imploranti patri, qui in repetitum quendam morbum fertur incidisse. Porto frater tuus apud omnes suspectus habetur cuiusdam homicidij : propterea sicubi gentium tibi occurrat, dic ei tacite & in aurement : ut mature sibi praecaveat. Nam si corripiatur, nullis precibus quamlibet importunis consequi poterit: ut legibus solvatur in homicidas constitutis. Dic salutem meo nomine nostratis amicis, atque etiam si qua ratione fieri possit, reconcilia me patri mibi irato, quod literis eius cunctantius paulo respōserim.

Epistola. 142.

Mnia tibi contigerunt ex animi sententia:

O idque adeo, ut nihil maius queam vouere. Vnum est tamen in quo nō vsquequaque mihi places quod interim excrucies te ipsum. Si foimenta ista curarum posles relinquere, viueres multo diutius. Nihil enim est quod magis hominis visitam imminuet, quam molestæ illæ animi ægritudines. Propterea da operam: ut medeatis & occurras huic malo. Ante omnia caue ne adeo itnmoriaris lucro, ut propere nolis te quandoque labori surripere. Nam nihil est in rerum natura: quod exemplo dierum ac noctium alternas vices feriarum quandoque non desyderet.

Epistola. 143.

IO. RAVISII TEX.

Dmitor ingenium tuū: atq; etiam plurimi
A facio, paratam tuam in scribendo celeritatē
quod priusquam vestigio pedem educas,
multos sub manu versus euomas initar illius Crisippi
cuius meminīt Valerius. Hoc tamen non eo yalet: vt
protinus euentilare debeas, quæ raptim adeo & tu-
multuarie cōponis. Nam quo quæque res est accelerat-
tior, eo minus perfecta. Contra vero, quo lētius incre-
mentū suscipit, eo quoq; tardius definit. Saluta meo
nomine Hermodotū, eumque diuertas, ne a scholastis
ca vita ad aulicam se conuertat. Príncipes isti sunt ad-
modum liberales & prodigi verborum, suisque famu-
lis montes & maria promittunt, ac verborum inducūt
credulitatem. At vbi diu satis eorum opera ysi sunt
verba erunt pro forma. Vale.

Epistola. 144.

On patrum mihi displices, nec mihi tātum:
N at omnibus etiā, quibuscum aliquando fuit
tibi frequens & familiaris cōsuetudo, quod
vnumquēq; criminis palā & vituperes: quū tamen
hodie sceleratior te viuat nemo. Consultus multo &
prudētius ageres, si tuam ipsius carperes vitam. Nam
(vt in Salustium scribit Cicero) carere debet omni vi-
cio qui in alterum dicere est paratus. Fateor neminē
esse mortaliū, qui omnibus horis sapiet. Nihilominus
id intolerabile est: quum quis pergit male semper age-
re. Cæterū scis quid in aurem tibi nuper dixerim. Laz-
boras quodam vitio arcano, & paucis cognito: a quo
nisi defuescas, tandem veniet in lucem. Veritas enim
filia est téporis, & dies omnia reuelat. Neque est quicq;

quam tam arcanum , quin aliquando eventiletur &^a
tenebris prodeat in apricum.

Epistola 145.

Ram vegetis viribus & expedito corpore,
E priusquam ad perdiscendas literas animatum
appulisset , nihil penitus dolebat mihi : at
nocturne lucubrationes vsqueadeo me attenuant &
confecerunt, vt pedibus infirmis subsistere nequeam.
Desinas ergo mirari, si ægre & intutus fere repeto lus-
dum literarium. Nam quotiescumque illuc redeo, vi-
dere video locum miceroris & tristitiae plenum , &
quandam (vt aiunt) Trophonij speluncam. Præterea
toto fere triennio oleum & operam lusi . Nam dedi
operam semitario cuidam & pœnitendo magistello,
sub quo parum aut nihil omnino profeci: quod tamen
negligentiae meæ non est ascribendum, at potius eius
ignorantiae . Erat enim plane rudis & illiteratus , nec
vnquam bonas literas ne a limine quidem salutauer-
at. Ut finiam, vniuersam eius doctrinam yiciofa nuz-
ce non emerem.

Epistola 146.

Irantur nonnulli vitam rusticam tantis a me
M commendari laudibus,& (quod aiunt) ad ce-
lum ferri: qui si cognoscerent quantum sit
in ea voluptatis, relictis viribus vellent rusticari, viro
imprimis conuenienter naturæ, nihil est quod diuel-
lat mihi sponsum . Nihil quod studium interpellet.
Sed fac nobis rusticis non multum esse diuinatarum,
quid inde? Num tam propterea damnum certius aut
propius medullis accipimus, quam vel maxime num-

IO. RAVISII TEX.

Mat! Vos urbani & qui seruitatis diuitibus, genialiter quidem & laute viuitis; at caretis libertate, quam omnibus Arabum diuinitis longe præpono, perpetuam seruitis seruitutem, vobis obseruandum est, quid dominii digito crepent. Si vobiscum immaniter & cenzaurice loquantur, sturdis auribus perferendæ sunt omnes contumeliae, nec licet hiscere præ metu. Nolim te incastigatum relinquere, nam videris mihi attentior ad tem q̄ satis est? Quod autem dicens me quibusdam ridiculum esse & contemptibilem ob meam istam pœnam & paupertatem, non vetterim manum. Si personaris ut valeo, sum latus omnia: excepto q̄ duorum est mihi tandiū carere fructu iucundissimæ tuæ consuetudinis.

Epistola 147.

Peram meam ipsamq; adeo pecuniam tibi
O puerο gratuitam semper contuli, nec minore studio adulterum prosequutus sum. Non memini me unquam abrogasse tuis mandatis. Si quid in me beneficij contuleris, abunde aut etiam cum foecnore rependi. Propterea finem facias tuis calumnijs, neque pergas me fradulentum & impostorem dices re. Nemo est omnium, qui non fateatur me hominem apertum, sine fuso & extra omnem dolii suspitionem. Et si facultas mea luficeret ad subleuandam & resarcendam istam tuam pœnam: faceres adhuc periculum manifestius amoris erga te mei. at paupertas tua maior est multo, quam quæ opibus meis subleuari possit. Aequi bonique consulas hæc mea verba: nam aliorum tendunt quam ut bilem & stomachum tibi moueant. Vale.

Epistola 148.

F Alleris plurimum, si quid expectas gloriæ
ex eo opere quod in lucem nuper edidisti;
nam præter plurima (quæ deprehenduntur
passim) errata, peccata in ipso quoque operis ingressu.
& insulsa adeo, ut nullus pateat excusationis locus. Fe-
cilius plurimum quam de te co. perant omnes expe-
ctationem. Publicus erat rumor te iam in lictus abun-
de promotisse. at res longe aliter te habet ut videas.
Si animus tuus aspirat ad diuitias, te oportet consul-
tius rerum tuarum satagere. Hac enim via non perve-
nit ad honores & magistratus. Si me audis, dissuesce
ab antiqua illa motu consuetudine.

Epistola 149.

Vum culpæ impunitas, & liberior peccandi
Q licentia, atque etiam levitas poenæ augere
soleant vicia: non constitui in delictis vestri,
rōniuere. Si boni eritis, amabo vos ynicē, nulli rei mar-
gis studebo, quam virilitati vestrae. Et quandiu pecu-
nia mihi suppetet, non permittam vobis deesse quic-
quam. Contra vero si possiblitate virtute diuertatis ad
corruptissimos mores, & degeneretis a parentibus,
quorum inculpatissima fuit vita: augebo poenas faci-
norum: tantum abest ut eas immittiere velim. Si de-
syderetis proficere in schola mea, fortes apertæ sunt.
Nullum penitus labore detrecto, dummodo videam
vos beneuelos, & animo in me propeso. Ut spero non
pigebit vos meæ doctrinæ: nam (quod de Iloctras
te fertur) innumeri linguae latinae principes ex meo

IO. RAVISII TEX.

tudo literario tanquam ex æquo traiano prodierunt.
Nemo vestrum propter adultam iam etiam debet eru-
bescere quo minus proficiat. Nam & Cato iam Octo-
genarius operam dedit literis græcis. Et parens elo-
quentiæ Cicero post amplissimos in repub. magistra-
tus adhuc se dedit recoquendum Apollonio Moloni
clarissimo tunc dicendi magistro.

¶ Ad Lectorem.

Abes candidissime Lector Textoris viri
H perpaucorum hominum aliquot epistolas
non vulgaris eruditio[n]is. Quem si fata diu-
tius nobis seruassent incolumē , ausim vel intuicia tez-
ste aut momo iudice, contendere:cæteros omnes no-
stræ tempestatis homines multis fuisse paralangis
præcessurum , multisque præcursurum stadijs . Sed
quid facias, sic vnumquaque sua manent fata . Stat
parcarum constans ordo & invariabilis . Supereft le-
ctor optime, vt mortuo seu potius e morte ad vitam
vocato bene preceris : mortuum petulantissima non
insectoris lingua, si vetat honestas iuxta & pietas, mor-
tuum ledere.

Tetrastichion ad pium Lectorem.

Quid tantis luges lachrymis, cur împia clamas
Numina, Textorem sic periisse putas?
Num perijit, clausa quem fouent sydera sorte?
Define, Textoris molliter ossa cubant,

F I N I S.









